Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

~~122~~ 168 E 15

CA. 822

Zonder „indicating letters for the Rubricator".

[a b c d e f g h i k l m n o p^{8} q^{6}]

q/6 ontbreekt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15



Incipiunt hyſtorie notabiles atq̃ magis principales
collecte ex geſtis romanoꝝ et q̇buſdã aliȷ̃s notabilib⁹
geſtis cum moralizacionib⁹ eorundem.



Pompeius regnauit diues valde et potẽs q̇ filiã
vnicã pulcherrimã habebat quã ita tenerrime
diligebat. ꝙ pro eius cuſtodia quinq̃ milites ei
aſſignauit vt cõtra oẽ periculũ ſub pena graui
eam cuſtodirẽt. Milites vero dieb⁹ ac noctib⁹
armati eam cuſtodiebant et ante oſtiũ camere
lampadem ardentẽ ordinabant. ne aliquis de nocte ad eã accederet
ipſis dormientib⁹ vel ignorãtib⁹. Et quendã caniculũ bñ latrantẽ
habebant per cuius latratũ excitari poſſent. Puella iſta tenerrime
nutrita erat que multũ anhelabat mundi ſpectacula videre. Cum
autẽ ſemel foras ꝓſpexiſſet. venit quidã dux qui cum oculos impu
dicos in eam inieciſſet ſtatim captus ẽ in amorẽ eius. quia pulchra
nimis erat et oculis omniũ gracioſa ac imperatoris filia vnica que
poſt mortem patris iure hereditario imperium obtineret. Dux iſte
multa ei promiſit vt eius cõſenſum obtineret. Illa vero ſperans de
promiſſione conſenſit. Statim caniculũ paruũ occidit. lampadem ex
tinxit. et de nocte ſurrexit et ducem eſt ſecuta. Mane vero facta eſt
q̃ſtio vbi deuenit. Erat tunc in palacio regis pugil fortis. qui ſemꝑ
pro iuſticia imperiȷ̃ pugnauit. qui cum audiſſet ꝙ filia patrem cõ
tempſit agili curſu poſt eam currebat. Dux vero cum eum armatũ
vidiſſet venientẽ duellũ cum eo cõmiſit ſed pugil ꝑualuit et caput
eius ãputauit et puellã ad palacium reduxit. tamen faciem patris
multo tempore nõ vidit ſed cõtinue gemitus et ſuſpiria emittebat
Hoc audiens quidã ſapiens in curia imperatoris. qui ſemꝑ media
tor inter imperatorẽ et alios erat conſtitutus motus pietate. per eũ
ẽ patri recõſiliata. ac nobiliſſimo viro deſponſata. Quo facto varia
donaria a patre recepit. Primo a patre tunicã thalarem polimitã
vndiq̃ intextã et ſic ĩſcriptã recepit. Dimiſi tibi ne adicias vltra

KONINKL. BIBLIOTHEEK 'S GRAVE.

[a]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

A rege quandā coronam aureā habuit ſic inſculptam. Ex me tua dignitas: A propugnatore habuit anulū vnū cum hac ſcriptura. dilexi te diſce diligere: A ſapiente mediatore alium anulū recepit ſic ſculptū. Qui feci. quantū quare: A filio regis eciā anulū ſic ſcriptū nobilis es nobilitatē tuā ne contempnas: A germano proprio aliū anulū in quo erat ſcriptū: Accede ad me ne timeas frater tuus ſum :A ſponſo ſigillū aureū q̊ ſibi hereditas ſponſi confirmabať collata cuius ſcriptura erat. Jam coniuncta es amplius noli errare. Puella poſtq̄ iſta dona receperat ea q̄diu vixit cuſtodiuit. et ab omnibus dilecta dies ſuos in pace finiuit ꝛc.

Kariſſimi imperator iſte eſt pater celeſtis qui vocauit nos per paſſionē filij ſui de fauce dyaboli. Ipſe eſt rex regum et dn̄s dominanciū deuť. xxxij. Nūquid nō ipſe eſt pater tuus qui poſſedit fecit et creauit te. Filia vnica ē anima racionalis que tradiť quinq̨ militibus ideſt quinq̨ ſenſibꝰ ad cuſtodiendū qui ſunt armati per virtutes quas homo in baptiſmo recepit. Iſti ſenſus ſunt viſus auditus ꝛc. qui habent cōtra dyabolū mundū et carnē eam cuſtodire Lampas ardens eſt volūtas deo in omnibꝰ ſubiecta que debet ſemꝑ ardere in bonis opibꝰ vt pccō non cōſenciat. Caniculus paruus bn̄ latrans eſt cōſciencia que habet cōtra peccata recalcitrare. ſed heu prochdolor anima volens mundi ſpectacula videre ſepe ꝑgit foras tociens quociens contra diuinū preceptū agit et ſtatim a duce. i. a raptore infernali voluntarie ē deducta et ſic lampas bonoꝝ operū extinguiť et caniculus cōſciēcie occidiť. et ſic aīa in nocte peccati ſequiť dyabolū. Hec cū audiſſet pugil nr̄ ſcꝫ deus. Quia nō eſt aliꝰ qui pugnet pro nobis niſi tu deus noſter. ſtatī cōtra ducem dyabolū pugnauit et aīaꝫ ad palaciū regni celeſtis adduxit. Sapiēs mediator erat criſtus dicēte apoſtolo ꝓma thio. ij. Vnus mediator dei et hoīm hō ihesus xp̄s. Filius regis ē criſtꝰ. Vn̄ p̄s. Filiꝰ meꝰ es tu ꝛc Frater nr̄ criſtus gen̄. xxxvij. Frater nr̄ ē. Spōſus nr̄ eſt xp̄s iuxta illud oſee ij. Sponſabo te michi in fide. Et iterū. Sponſus ſāguinū tu michi es. ꝑ ipſum recōciliati ſumus celeſti pr̄i et ad pacē vocati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Ipſe enī eſt pax noſtra qui vtraqꝫ fecit vnū ad eph. Ab ipſo pdicta donaria recepimus primo tunicā talarem ſcȝ cutem ſuā digniſſimā et certe polimitā. quia flagellacione cruore liuore et aliȷs variȷs li uoribꝰ intextam. Cuius textura nichil aliud habet: niſi dimiſi tibi. quia redemi te: ne adicias vltra malū agere. Vade iquit noli āplius peccare. hec ē tunica ioſeph tincta ī ſanguine hedi geñ. xxxvij. Iſte criſtus rex noſter dedit nobis coronā glorioſiſſimā ſcȝ dū ꝑ nobis voluit coronari et vere ibi inuenimus. Ex me tua dignitas vnde ſcribit̄ de iſta corona ioh. xix. Exiuit ihesus portās coronā ſpineā Criſtus eciā eſt propugnator noſter qui dedit nobis vnū anulū ſcȝ foramē dextre manus et vere ibi poſſumus percipere. ſicut ſcriptum eſt. dilexi te diſce diligere Apoca. primo. Dilexit nos et lauit nos a peccatis noſtris ī ſanguine ſuo. Criſtus mediator noſter dedit nobis aliū anulū ſcȝ foramē ſiniſtre manus. vbi videre poſſumus ſcriptū Quid feci. quantū quare. Quid feci. meipſum exinaniui formā ſerui accipiens. Quātū deū feci hominē: quare. vt hominē pditū redimerē De hiȷs tribus zach. xiij. que ſunt iſte plage in medio manuū tuaꝝ Et rñdet dicens. hiȷs plagatus ſum in domo illoꝝ qui me dilexerūt Criſtus frater noſter ē et filiꝰ regis eterni. dedit nobis terciū anulū foramen dextri pedis. Et quid ibi. niſi nobilis es nobilitatē tuā ne contempnas. Similiter criſtus eſt germanus noſter. et dedit nobis quartū anulū ſcȝ foramen ſiniſtri pedis ī quo ſcriptū eſt. Accede ne timeas frater tuus ſum. Criſtus eſt noſter ſponſus qui dedit nobis ſigillū quo ſpōſi hereditas cōfirmabat̄ collata ideſt vulnus lateris ſui cū lancea perforatū propter nimiū amorē quo te dilexit et quid ibi niſi iam cōiuncta es michi ꝑ miſericordiam noli ampliꝰ peccare. Studeamꝰ ergo kariſſimi dona ſic mūda cuſtodire ꝙ poſſimꝰ dicere illud. Mathei. dñe quiqꝫ talenta tradidiſti michi et ſic ſine dubio poterimus regnare in celeſti gremio quod nobis preſtare dignet̄.

Ptus regnauit qui ſtatuit pro lege ſub pena mortis ꝙ filiȷ parentes ſuos alerent. Accidit caſus. ꝙ erant duo fratres ex vno patre vnus filium habebat et vidit auūculū ſuum egētē ſtati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ſcd̄m legem eum aluit contra voluntatē patris et ideo pater eius a ſocietate ſua eū expulit. Verūtn̄ hoc non obſtante non dimiſit qn̄ auunculū ſuum egentem aleret et neceſſaria ei in omnibus dedit. Poſt hec auūculus eius diues factus eſt et pater eius cepit egere filius vero hoc videns. patrē aluit prohibente auūculo et ideo a ſocietate auunculi eſt expulſus dicenſq; ei Kariſſime tibi cōſtat ꝙ aliquando egenus eram et contra voluntatē patris tui michi neceſſaria in omnibus miniſtraſti et ideo tā te in filiū meū et heredē accepi Jngratus filius hereditatē non ſequit̃ ſed filius adoptatus ſicut tu ingratus fuiſti quia contra p̄ceptum meū patrē tuū aluiſti ideo hereditatē meam non obtinebis. filius reſpondit auūculo. Nullus debet puniri ꝓ eo qđ facit illud ꝙ lex ſtatuit et cōpellit. ſed lex naturalis et ſcripture compellit filiū parentibus ſubuenire ī neceſſitate maxime ac eos honorare et ideo expelli ab hereditate de iure non debeo.

Kariſſimi duo fratres ſunt filius dei et mūdus q̄ ambo a patre celeſti ꝓceſſerūt. filius dei ꝑ generacionē mūdus ꝑ creacionē Inter iſtos fuit et ē diſcordia ab inicio ītantū ꝙ qui ē amicꝰ vniꝰ ē inimicus alteriꝰ. iuxta illud iac̃. iiij. Quicūq; voluerit eſſe amicꝰ huiꝰ ſeculi inimicus cōſtituit̃ dei. ſed filius vnus ē quilibet criſtianꝰ qui eſt filius criſti. quia ei adheret ꝑ fidem. Non ergo debemꝰ alere mundū ꝑ ſuꝑbiam auariciā et ſic de ceteris ſi volumꝰ filij dei eſſe et ſi cōtrariū fecerimꝰ certe a ſocietate criſti expellimur q̄ꝓtū ad hereditatē celeſtē. Si criſtū alere volumꝰ ꝑ opera pietatis mūdus nos odio hēbit verūtn̄ meliꝰ ē mūdū odire q̄ꝫ hēditatē celeſtē amittere.

Quidā impator regnauit q̇ ſtatuit ꝓ lege ꝙ ſi mulier ſub viro adulterata eſſet ſine mīa de alto monte p̄cipitaretur. Accidit caſus ꝙ q̄dā mulier ſub viro ſuo erat adulterata et ſtatī ſcd̄m legē de alto mōte fuit p̄cipitata: ſed de monte tā ſuauiter deſcendit ꝙ in nullo leſa erat. Ducta ē ad iudiciū. Judex videns ꝙ mortua nō eſſet ſentēciā dedit iterū p̄cipitari et mori. Ait mulier. Dn̄e ſi ſic feceritis cōtra legē agitis. Lex vult ꝙ nullꝰ debet bis puniri ꝓ vno delicto. Ego erā p̄cipitata q̇a ſel' adulterata et. deꝰ. me miraculoſe ſaluauit

ergo iterato nō debeo precipitari. Ait iudex. Satis prudenter reſpōdiſti. Vade in pace et ſaluata eſt mulier.

¶ Moralizacio ſup hyſtoriam precedentē.

Kariſſimi iſte imperator eſt deus noſter qui facit iſtam legem ſi quis in anima pollutus fuerit ſub criſto q̄ ē ſponſus anime per peccatū mortali debet precipitari de alto monte idest de regno celeſti ſicut erat primus pater adam. Sed deus eū per filij ſui paſſionem ſaluauit: Homo cum peccat deus non ſtatim per infinitā ſuā miſericordiam eum dampnat. ſed per graciam ſuam ſaluat vt non precipitetur in inferno &c.

Ceſar regnauit qui ſtatuit pro lege ꝙ ſi quis mulierē raperet et vi eam opprimeret in electione mulieris eſſet: vtrum vir mori deberet vel eam ſine dote i vxorem duceret: Accidit caſus ꝙ quidam rapuit nocte vna duas mulieres. vna pecijt mortem et alia nupcias. Raptor captus eſt et ductus coram iudice vt duabus mulieribus ſcd̄m legē reſponderet: Prima mulier inſtanter ſcd̄m legē mortem pecijt. Secunda eum in virum habere clamauit. Et dixit prima mulier. verum eſt quod lex dictat ꝙ peticionē meā obtineā et altera. Et reſpondit. Eodē modo lex ꝓ me clamat. Sed quia mea peticio eſt micior et magis caritatiua. ideo michi videt̄ ꝙ iudex ꝓ me ſentenciā dabit. Ambe mulieres iudici ſunt cōqueſte et quelibet beneficiū legis poſtulabat. Iudex cū vtraqꝫ partem audiſſet. ſecūde mulieri cōceſſit vt eum in virū obtineret. Et ſic factum ē.

Kariſſimi iſte īperator ē dominus noſter ihesus criſtus: raptor quilibet peccator. qui rapit. idē violat duas mulieres ſcilicet iuſticiā et miſericordiā. que ſunt ambe filie dei. Raptor cōuocatur coram iudice quando aīa ſeperat̄ a corpore. prima. ſcꝫ iuſticia cōtra peccatorē allegat. eternaliter eū debere mori per legem iuſticie: ſed altera ſcꝫ miſericordia diuina allegat ꝙ per contricionē et confeſſionem ſaluabitur. Ideo ſtudeamus ſic deo placere.

Rex quidam regnauit in cuius imperio erat quidā iuuenis a piratis captus qui ſcripſit patri ſuo pro redēpcione. Pater

noluit eū redimere ſic ꝙ iuuenis multo tꝑe ī carcere erat maceratꝰ. Ille qui eū in vīculis habebat quandā pulchrā filiā ac oculis hoīm gracioſam genuerat que nutrita in domo erat q̊uſqꝫ vigīti ānos in etate ſua cōpleuerat. q̄ ſepius ī carceratū viſitatū iuit ac cōſolabat᷑. Sed ille in tantū deſolatus erat ꝙ nullā cōſolacionē recipe poterat ſed ſuſpiria et gemitus cōtinue emittebat. Accidit quodā die ꝙ cū puella eū viſitaret. ait iuuenis ei. O bona puella vtinā velles pro mea liberacione laborare. Que ait. Quō potero hoc attemptare. Pr̄ tuꝰ q̄ te genuit nō vult te redimere. ego vero cū ſum tibi extranea quō deberē hoc cogitare. et ſi te liberarē offēſionē patris mei incurrerem. quia tuā redempcionē ꝑderet pr̄ meꝰ. Verūtamē michi vnū cōcede et liberabo te. At ille. O bona puella pete a me q̇d tibi placuerit ſi michi ē poſſibile ego cōcedā. At illa. Nichil aliud peto ꝓ tua liberacione niſi ꝙ me ī vxorē ducas tēpore oportuno. Qui ait Hoc tibi firmiter ꝓmitto. Statī puella prē ignorāte ipm̄ a vīculis liberauit et cū eo ad patriā ſuā fugit. Cū vero ad patrē ſuū veīſſꝫ ait ei pater. O fili de tuo aduētu gaudeo. ſed dic michi q̄lis eſt iſta puella quā tecū duxiſti? Ait ille. Filia regis ē quā in vxorē habeo Ait pater. Sub pena amiſſionis hereditatis tue nolo vt eā in vxorē ducas. at ille. O pater q̇d dicis plus ei teneor q̄ tibi. qn̄ captus erā in manꝰ inimici et fortiter vīculatꝰ. tibi ꝓ mea redēpcione ſcripſi et noluiſti me redimere. Ipſa vero non tm̄ a carcere. ſed a periculo mortis me liberauit. ideo eam in vxorē ducere volo. Ait pater. Fili ꝓbo tibi ꝙ nō poſſis ī eā cōfidere et ꝑcōſequēs nullo mō in vxorē ducere. Patrē propriū decepit qn̄ ipſo ignorāte te a carcere liberauit pro qua liberacione pater eiꝰ multa ꝑdidit q̄ pro tua redempcione habuiſſet. ergo videt᷑ ꝙ tu nō poteris in eā cōfidere et ꝑconſequēs nullo modo ī vxorē ducere. Item alia racio ē iſta licet te liberauit hoc fuit cauſa libidinis vt poſſet te in virū habere. et ideo quia eiꝰ libido erat cauſa liberacionis tue non michi videt᷑ ꝙ vxor tua erit. Puella audiēs iſtas raciones ait. Ad primā reſpondeo qn̄ dicis ꝙ ego decepi patrē meū propriū ꝙ nō ē verꝫ. Ille decipit᷑ q̄ in aliquo

bono diminuit. ſed pater meus tā locuplex ē ꝙ alicuius auxilio nō
indigꝫ. Cum hoc perpēdi iuuenē iſtū a carcere liberaui. Et ſi pater
meus pro eo redempcionē accepiſſet non multū propter hoc dicior
fuiſſet et tu per redempcionē depauperatus eſſes. ergo in iſto actu te
ſaluaui ꝙ redēpcionē non dediſti et patri meo nullā iniuriam feci.
Ad aliam racionē quādo dicis. ꝙ ego ex libidine hoc feci reſpōdeo.
Hoc nullo modo poteſt fieri. quia libido aut eſt propter pulchritu
dinē aut propter diuicias aut propter fortitudinem. ſed filius tuus
nullum iſtorum habuit. quia pulchritudo eiꝰ per carcerem erat an
nichilata. Nec diues fuit. quia non habuit vnde ſeipſum redimeret.
Nec fortis quia fortitudinem perdidit per carceris maceracionem.
Ergo ſola pietas me mouebat ꝙ ipſum liberaui. Pater hoc audiēs
nō poterat filiū arguere vlterius. Filius ergo cū magna ſolēpnitate
eā in vxorem duxit et in pace vitam finiuit.

Kariſſimi filius captus a piratis erat totū genꝰ humanū captū
ꝑ peccatū primi parentis in carcere demonis ſcꝫ in eiꝰ ptāte
Pater qui noluit eum redimere eſt mūdus iſte qui nullo modo vo
lebat hominē iuuare a carcere dyaboli ſed pocius eum tenere. Filia
que eum in carcere viſitauit eſt diuinitas anime coniuncta que hu
mano generi cōpaciebat. que poſt paſſionē ſuā ad infernū deſcēdit
et hominē a vinculis diaboli liberauit. Pater vero celeſtis noſtris
diuicijs non indiget quia ſuper omnia eſt diues et ſumme bonus.
Ideo criſtus motus pietate ad nos de celis deſcendit . nos viſitauit
quādo carnē noſtrā aſſumpſit et tamē nichil aliud peciјt ꝓ noſtra
redempcione niſi ꝙ ſit hōi deſponſatus. Juxta illud oſee. ij. Deſpon
ſabo eam michi in fide. Verūptamē pater noſter mūdus cui multi
obediunt cōtra hoc ſemper murmurat et allegat. Si deo adhereas.
hereditatē meam ideſt mundana non habebis. quia impoſſibile eſt
deo ſeruire et māmone math. vi. Sed melius ē nobis ſpernere mun
dum quā ſocietatem dei amittere. Juxta illud math. Qui reliquerit
patrē aut matrem vxorem aut agros propter me centuplū accipiet
et vitam eternam poſſidebit quā nobis ꝛc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Erat quidā imperator potens ſed tyrānus qui quandā puellā
regis filiā pulchram valde deſponſauit. Facta deſponſacione
ambo adinuicē iuramentū fecerunt ꝙ ſi quis eoꝝ prius moreretur
alter pre nimio amore ſeipſum occideret. Accidit ſemel ꝙ īperator
iſte ad partes longinquas ſe tranſtulit et diu moram ibidem traxit
Volens probare vxorē. ad eā nunciū deſtinauit. vt ei de morte ſua
diceret. Audiens hoc vxor propter iuramentū qđ ante fecerat viro
ſuo. de alto monte ſe p̄cipitauit vt moreret̃. Verūtamē mortua non
eſt. ſed infra breue tēpus ſanitati ē reſtituta. Deinde iterato ſeipſam
volebat p̄cipitare vt moreret̃. Pater eius hoc audiēs ei p̄cepit. vt
precepto et iuramento viri nō obediret. Illa vero nolebat cōſentire
Ait pr̄. Ex quo non vis michi conſentire et obedire. celeriter extra
ſocietatē meā exeas. at illa. Nolo. et hoc per talem racionē probo.
Cū autē quis iuramento ē obligatus. tenet̃ adimplere Ego iuraui
viro mero. qđ pro eius amore. meipſam occiderē ideo non deliqui ſi
iuramētū implere volo. ergo extra ſocietatē tuā non debeo expelli
Item nullus debet puniri ꝓ eo qđ eſt cōmēdabile. Sed cum vir et
vxor ſint unū in carne. ſcđm deū cōmendabile eſt. qđ uxor ꝓ amore
uiri ſui moriat̃. Vnde in india aliqn̄ erat lex. qđ uxor poſt mortem
uiri ſui. pre dolore et amore. ſeipſam cōburere deberet uel uiua cum
eo in ſepulchrū poni. Et ideo vt michi videt̃ nō deliq qn̄ meipſam
interficio propter amorem viri mei. Ait pater. Qn̄ prius dixiſti qđ
obligata iuramēto fuiſti rc̄. tale obligamentū non vꝫ. quia p̄tendit
ad malū finem ſcꝫ ad mortē. Iuramentū ſemꝑ debet eſſe racionabile
et ideo iuramentū tuū nullū eſt. Ad aliā racionē qn̄ dixiſti qđ iſtud
ē cōmendabile qđ vxor moriat̃ pro viro non valet quia licet ſint
vnū in corꝑe ꝑ carnalē affectionē tn̄ in anima duo ſunt q̄ abinuicē
realiter differūt et ideo non valet qđ allegaſti. Puella hec audiēs
nō poterat vlterius arguere ſed dictis patris adheſit nec ulterius
ſeipſam precipitare uolebat. nec eciam amplius uiro ſuo copulari.
Kariſſimi rex iſte ē dyabolus Puella ē aīa tā gracioſa ad dei
ſimilitudinē creata quā dyabolꝰ ꝑ pcc̄m ei deſpōſauit. Vn̄ in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

peccato cōmiſſo facta couēcione ꝙ ſi ipſe mortuus erat per peccatū et in longinquis partibus ideſt ī inferno per ſuperbiā ſuā poſitus eſt. ſic vult ꝙ anima peccatrix de alto mōte ideſt de celo ſe ꝑcipitet in infernū. et ſic erat ante aduentū criſti. ſed per criſti paſſionē eſt ſanitati reſtituta. verumtamē adhuc ſepius intendit ſe precipitari quociens contra diuinū preceptum perpetrat. ſed deus pater noſter non vult vt precipitemur per pecm̄ ſed vult per contricionē et con feſſionē vt totaliter ad ipſum conuertamur et firmiter nos in ipſo teneamus et vitā eternā poſſideamus.

Dyocleſianus regnauit: in cuius imperio erat quidā miles generoſus q̇ duos filios habebat quos multū dilexit Junior filius contra voluntatē patris meretricem in vxorem duxit. Cum pater hoc audiſſet contriſtatus eſt valde. et illum a ſocietate ſua expulit Jſte ſic expulſus in magna miſeria eſt poſitus. Tamē de meretrice vxore ſua filiū formoſum genuit et ad magnā egeſtatē pueīt Miſit nunciū ad patrem ſuū vt miſericordiā de eo haberet. Pater vero cū audiſſet de eius miſeria cōmota ſunt omnia viſcera eius et miſertus ei cū eo reconciliatus eſt. Jpſo reconciliato patri ſuo filiū quē de vxore ſua meretrice genuerat recōmēdauit. pater vero ipſū q̄ſi in filiū propriū enutriuit Hec audiens frater ſenior indignatꝰ dixit patri ſuo. Tu es demens et hoc probo tibi tali caucione. Jlle eſt demēs qui filium in heredem accipit et nutrit qui ei īiuriā magnam fecit. ſed frater meus qui illum puerū genuit fecit tibi magnā īiuriam quando meretricē contra tuum preceptū deſponſauit ergo videtur ꝙ tu es demens ꝙ filium eius nutris et ei pacem dediſti. Pater ad hoc reſpondit. Fili frater tuꝰ eſt michi recōciliatus per magnam contricionē quam habuit et propter preces aliorum ideo oportet me filiū ſuū diligere plus ꝙ̄ te hac racione. Tu ſepius cōtra me feciſti et nunꝙ̄ recōciliatus es michi. quia culpam tuā humiliter recognoſcere noluiſti. Jam tu es ingratus fratri tuo ex quo velles ipſum a ſocietate mea expellere ymmo pocius deberes gaudere ꝙ michi eſt recōciliatus. Et quia ingratus es hereditatem meam non

obtinebis et illam quã iure habere debuiſſes frater tuus occupabit
Et ſic factũ eſt. ¶ Moralizacio.

Karissimi per patrem iſtum patrem celeſtẽ intelligimus. Per
duos filios naturã angelicã et humanã. humana cõiũcta erat
meretrici ideſt iniquitati. quando de pomo vetito contra diuinum
preceptum comedit. vnde a patre celeſti erat homo expulſſus Filius
meretricis totũ genus humanũ qđ per peccatũ peruerſum perierat
Jlle filius eger factus ẽ. quia poſt peccatũ in hac lachrimaꝝ valle
poſitus eſt. Juxta illud geñ. Jn ſudore vultus tui. Sed ꝑ criſti paſſi
onem ẽ deo patri conſiliatꝰ. et cõtinue reconſiliatᷣ per opa meritoria
et per preces ſanctoꝝ. qui cotidie pro genere humano. preces fũdũt
in celo p̄s. Deſideriũ pauperꝝ exaudiuit dñs. Deſideriũ eoꝝ ẽ oracio
eoꝝ. Sed alius frater ſcꝫ dyabolus qui ſemꝑ eſt ingratus. ſemꝑ nos
ĩpugnat et de nr̃a recõciliaciõe murmurat et allegat. ꝙ hereditatẽ
regni celeſtis nõ debeamus cõſequi. ſed ſine dubio ſi ſancte et iuſte
et munde in hoc ſeculo vixerimꝰ allegacio ſua nichil nobis nocebit
ĩmo partẽ ſuã ideſt locũ quẽ ipſe in celis perdidit obtinebimus.

Leo regnauit q̇ miro mõ pulchras mulieres delectabatᷣ videre
Vñ fecit fieri in quodã tẽplo tres ymagines ſtãtes et p̄cepit
omnibꝰ in ĩperio vt eas adorarẽt. Prima ymago hẽbat manũ ad
populũ extẽſam et ĩ vno digito anulũ aureũ. et ſuꝑ digito erat ſuꝑ
ſcripcio talis. Ego ſum generoſus ecce anulus in digito ¶ Secunda
ymago barbã aureã hẽbat. Et ĩ fronte ſic ſcriptũ. Ego ſũ barbatꝰ
ſi q̇s caluus fuerit ad me veniat. et de pilis meis accipiat ¶ Tercia
ymago clamidẽ aureã habebat. et tunucã de purpure et in pectore
eius erat ſic ſcriptũ karacteribus aureis. Ego ſum q̇ nemirẽ timeo.
Jſte tres ymagines erãt ĩterius lapidee. Cũ aũt fuiſſẽt cõplete ſcđm
ĩperatoris volũtatẽ ſtatuit ꝓ lege. ꝙ q̇cũqꝫ anulũ vel barbã aureã
aut clamidẽ auferret morte turpiſſima condẽpnaretᷣ. Accidit quodã
tẽpore ꝙ q̇dã tyrãnus tẽplũ ĩtrauit. videſqꝫ p̄mã ymaginẽ cũ digito
extẽſo. anulũ de digito extraxit. Deide ad ymaginẽ ſecũdã acceſſit. et
barbã auream abea abſtulit. Poſt hoc ad ymaginẽ terciã ꝑuenit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

clamidem ab ea tulit et de templo receſſit. Populus cum ymagines
ſpoliatas vidiſſent ſtatim imperatori denūciabant. Cum imperator
hoc audiſſet contriſtatus eſt valde et tranſgreſſorē ſcilicet tyrannū
coram ſe vocauit et ſup tali delicto eū arguebat. ꝙ ymagines cōtra
preceptū ſuum ſpoliauit. At ille. Domine licitū eſt michi reſpondere
Qui ait. Michi bene placet. Quando templū intraui prima ymago
manum ad me extendit habenſqꝫ in digito anulū ac ſi diceret iſtum
anulū accipe. Tamen extenſionē manus nolui recipere quouſqꝫ in
digito ſupſcriptionem legi ſcilicet ego ſum generoſus. ecce anulus
ſtatī intellexi ſupſcriptionē ꝙ volūtas eius eſſet vt anulū acciperē
et ideo accepi. Deinde ad ſecundā ymaginē acceſſi et cū eam barbā
aureā habentē vidiſſem in corde meo cogitaui et dixi. Pater iſtius
numꝗ̄ talem barbā habebat. quia ſepius eum vidi. et ꝙ ſit alcior
ꝗ̄ pater racio non dictat. Bonū eſt et vtile barbā ei⁹ aureā auferre
Verūtamē hoc nō obſtante barbam nolui extrahere quouſqꝫ ſupra
ſcriptionē legi. Ego ſum barbatus quia ſiquis caluus fuerit ad me
veniat et de pilis meis accipiat. Sicut videtis caluus ſum. et ideo
barbam auream propter duo abſtuli. Vnum eſt vt patri ſuo eſſet
ſimilis et de barba aurea nō nimis ſupbiret. Secūdo vt per pilos
eius capiti meo caluo ſubuenirē. Deinde ad terciā ymaginē acceſſi
q̄ clamidem aureā habebat. Clamidem abſtuli eo ꝙ in hyeme aurū
eſt frigidū et ymago eſt lapidea et naturaliter lapis ē frigidus. ideo
ſi haberet clamidē auream eſſet addere frigiditatē frigido qđ eſſet
graue ymagini. Item ſi in eſtate clamidem haberet eſſet nimis pon
deroſum. Adhuc ei propter iſta nō obtuliſſem donec ſupſcripcionē
frontis legiſſem. Ego ſum qui neminem timeo. Cum vero tantam
ſuperbiā in eo vidiſſem vt humiliaret᷑ abſtuli clamidem. Ait impe
rator. Kariſſime quādo lex erat data vt nullus ymagines ſpoliaret
nonne erat in lege promulgatum ꝙ nullus propter aliquā cauſam
ymagines ſpoliaret? Et ideo quia te intromiſiſti de eis que ad te nō
pertinebant. do pro iudicio vt hodie in patibulo ſis ſuſpenſus. Et
ſic factum eſt.

Moralizacio.

Kariſſimi iſte imperator eſt dñs noſter ihesus criſtus. Tres ymagines ſunt tria genera hominū in iſto mundo in quibꝰ deus delectat᷑. Juxta illud delicie mee ſunt eſſe cum filiis hominum Si ſancte et iuſte viuamus deꝰ nobiſcū ꝑmanebit. Per primā ymaginē que habet manū extenſam debemus intelligere pauperes ac mūdi ſimplices qui ſi ſequi debent in curiā principū ac dñoꝝ aliqđ expedire oportet vt manū extēſam habeant ad dandū ſibi munera Unde munera oculos iudicū excecāt. Si vero dicat᷑ iudici vel ſuis miniſtris quare a paupere accepiſti ſtatim reſpondet. Nōne potero cum bona cōſciencia recipere. qđ michi gratis offert᷑. Curialis erat in offerendo. et ſi munus ſuum nō accepiſſem michi pro ruſticitate eſſet imputandū. Et ideo ne talia de me dicerent᷑. munus eiꝰ accepi ¶ Per ſecundā ymaginē intelligere debemꝰ mūdi diuites qui ꝑ grām dei ad diuicias ſunt exaltati. Unde ps. De ſtercore erigens pauperē et ſtatim ab emulis iudicat᷑. Ecce iſte miſer habet barbam aureā .i. plures diuicias quā habuit pater eius. Opprimamus eum. ſiue per phas ſiue per nephas. Juſtū talē opprimūt et ſpoliant dicētes. nos ſumꝰ calui .i. diuiciis priuati. bonū eſt vt ruſticus iſte diues nobis diuicias ſuas ꝑticipet ymmo ſepius illum iugulant vt bona ſua auferant. Ad thimo. Cupiditas eſt radix omniū maloꝝ ¶ Per terciam ymaginē cū clamide aureo. debemꝰ intelligere homines in dignitate conſtitutos ſicut ſunt prelati eccleſie et iudices terreni qui habent legē cuſtodire virtutes īſerere. et vicia extirpare. Uñ malefactores qui nolūt ſubici diſcipline cōtra ꝑlatos ſuos et ſeniores ſe erigunt ac conſpirant dicentes. nolumus hunc regnare ſuper nos luc᷑. Judei videntes criſtum miracula facientē et eos arguere ꝙ contra legem cōmitterent ſtatim de morte eius conſpirabant. Tales cōſpiratores qui ſic hominē bona fama et virtutibꝰ ſpoliāt mala morte hic vel alibi morient᷑. Studeamus ergo vitam noſtrā ꝛc.

Alexander regnauit prudens valde. q̄ filiā regis ſyrie ī vxorē accepit q̄ filiū pulchrimū ei pepit. Creuit puer et cū ad etatē legittimā ꝑueniſſet patri ſuo ſemꝑ inſidias fecit et ꝑ oīa mortē eiꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

queſiuit. Impator de hoc admirabat̄ et venit ad imperatricē et ait
Kariſſima dicas ſecure ſine timore ſecretū cordis tui michi vtrum
de aliquo q̄ꝫ preter me polluta fuiſti. At illa. O domine quare a me
talia queris? Qui reſpondit. Filius tuus ſemper mortē meā querit
et ideo miror quia ſi eſſet filius meus talia non attēptaret. At illa
Nouit deus q̄ nūq̄ꝫ ab alio pret̄ te ſum polluta. et hoc parata ſum
per omnē viam probare. Iſte eſt verus filius tuus. ſed quare te per
ſequit̄ penitus ignoro. Rex cū hoc audiſſet. cū omni māſuetudine
filio ſuo locutus eſt dicens. O bone fili ego ſum pater tuus. Per
me mundū intraſti. et heres meus eris. quare michi minares? In de-
liciis nutriui te. et omnia mea tua ſunt deſine inquit ab iſta iniqui
tate et noli me occidere. Filius non acquieſcens dictis eius de die
in diem malicia eius contra patrem creſcebat et nitebatur ſemper
occidere eum et publice et priuate inſidias ei imponere. Pater hoc
videns in locum deſertū prexit et filium ſuum ſecū duxit portanſqꝫ
gladiū in manu ſua dicens filio ſuo. Accipe gladiū iſtū et interfice
me hic. quia minus ſcandalū eſt tibi in oculto me occidere q̄ꝫ in pu
blico. Filius hec audiens ſtatim gladiū a ſe proiecit et corā patre
genua flexit cū fletu magno miſericordiā ab eo petens ait. O bone
pater peccaui in te quia male egi iniq̄tatē feci. Jam non ſum dign9
vocari filius tu9. Peto vt remittas michi et me diligas et āmodo
ero filius tuus dilectus et per omnia ſcd̄m tuā voluntatē miſtrabo
tibi. Pater hec audiens cecidit ſuper collū eius. et oſculatus eſt eū
et ait. O fili dilectiſſime āmodo nō pecces. Eſto michi fidelis filius
et ero tibi gracioſus pr̄. Et hoc dicto induit eum veſtimētis p̄cioſis.
et eum ſecū ad domū duxit. et magnū cōuiuiū ſatrapis imperii fecit
Poſt hec p paucos dies vixit et vitam in pace finiuit. Filius vero
regnū optinuit et ſatis prudenter regebat. In fine vero vite eius
cū mori deberet vexillū per totum imperiū portari fecit et omnib9
oſtendit. in quo ſcriptum erat. omnia tranſeunt preter amare deum.

Kariſſimi imperator iſte ē domin9 noſter ihesus criſtus. Filius
qui patrem pſequitur eſt malus criſtianus qui eſt filius dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

legittimus per virtutē baptiſmi. Mater eſt ſancta mater eccleſia a
qua baptiſmū et noſtram ſalutē accepimꝰ quibus peccatoꝛ ꝑuerſus
et a deo per peccatum elongatus querit moꝛtē criſti. Qꝺ ipſe ſit pat̄
patet deutro. xxxij. Nōne ipſe eſt pr̄ tuus ⁊c̄. Tociēs ergo criſtianꝰ
querit moꝛtē criſti quociens contra eius pꝛeceptū perpetrat. Vnde
duxit te in deſertū huius mundi in quꝺ deſerto nō tantū obtulit ſe
moꝛi. ſed moꝛtuꝰ eſt pꝛopter peccata noſtra. Vnde xpter eius amoꝛē
et ſue aīe ſalutem deberes reſiſtere a peccatis et ei fideliter ſeruire
Pater dedit ei gladiū vt eum occideret. Sic deus dat tibi gladium
hoc eſt liberū arbitriū quo poteris poꝛtare amoꝛē eius et graciam
vel ſimpliciter eum a te expellere. Fac ergo tu ſicut fecit ille filius
Pꝛoice a te gladiū iniquitatis et malicie. Sicut fecit ille de q̊ legit̄
in euāgelio. Filius pergere pꝛofectus eſt in regionē longinquā. ſic
peccatoꝛ cum carnales voluptates diligit a dn̄o peregrinabitur et
quāto peccādo fit diſſimilioꝛ tāto magis a dn̄o elōgat̄. ſubſtanciā
conſumit dū vitā et cogitacioēs turpibus actibꝰ impendit et ſicut
in euāgelio dicit̄ de filio ꝙ egere cepit. Et adheſit vni ciui regioīs
illius et miſit illū in villam ſuam vt paſceret poꝛcos ⁊c̄. Filius ille
egere cepit. Quādo virtutes per peccatū amiſit. Vnde p̄s Diuites
eguerūt et eſurierūt. Adheſit vni ciuiū ſcꝫ dyabolo. Quia demoēs
ſicut ciues et rectoꝛes tēbraꝝ huiꝰ mūdi. Iuxta apoſto. Nō ē nobis
cōluctacio aduerſus carnē et ſanguinē ⁊c̄. Poꝛcus imūdū ē aīal. qꝛ
in ſoꝛdibꝰ delectat̄. et ideo poꝛcis demones cōparant̄. quia ſoꝛdibus
peccatoꝝ ſaturabunt̄. Illos paſcit peccatoꝛ ſoꝛdibꝰ criminū ſuoꝝ et
ipſe ē opus illoꝝ. Silique ſunt cibus poꝛcoꝝ ſic foꝛnicacio ebꝛietas
et guloſitas cibus demonū. De ſiliquis cupit peccatoꝛ implere ſuū
ventrē. quia nemo dat ad ſaturitatē. qꝛ voluptas ſemꝑ habꝫ famē
ſuā et dyabolꝰ multociēs nō dat hōi ſui deſiderij facultatē. ſciēs eū
eſſe moꝛtuū per peccatū. Sed tn̄ dn̄s ſepius ꝑ graciā ſuā viſitat ab
eo gladiū īiquitatis. et dicit. Miſerere mei dū peccata recognoſcit
et dicit delictū meū cōgnitū tibi feci. Sed deꝰ mīa motus ē. et occur
rens cecidit ſuper collum eiꝰ. et oſculatus eſt eum dixitqꝫ ad ſeruos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Cito auferte ſtolam primā et induite illum et date anulū in manu
eius et calciamenta in pedibus eius. et adducite vitulū ſaginatum
et occidite et manducemus. quia hic filius meus mortuus fuerat. et
reuixit perierat et inuentus eſt. Sic pater celeſtis vidit errantē cū
ad penitenciā ſe mouet et iniecit ſe ſuper collū eius quando onus
penitencie ſibi imponit. oſculatur eū quando verbis oris ſui delectatur
peccator. Juxta illud. Oſculetur me oſculo oris ſui. ſtola prima induitur
qn̄ amor criſti p penitenciā habetur. anulū in manu ſignat ſignaculū
ſimilitudinis criſti in bonis operibꝰ. Jlle ergo anulū in manu por
tat. qui in nullo opere a criſto deuiat. Calciamenta in pedibꝰ ſunt
exempla ſanctorum qui mortui ſunt. Quia ſicut calciamenta de pellibꝰ
animaliū defendunt pedes ita exempla ſanctorum animas. Vitulus ſa
ginatus ē criſtus pro nobis ymmolatus in ara crucis. quia ſaginatꝰ
ideſt ſpiritui ſancto repletus gracia. et tūc poteris p ciuitatē cordis
tui oſtendere vexillū boni militis criſti ſcʒ vbi erit ſcriptū. Omnia
pretereūt preter amare deum. i. oīa peccata mea mala p penitenciā
ſunt deleta et iam dei timorē et graciam eius mecū porto per quam
vitam eternam obtinebo. Ad quam nos per ꝛc.

Veſpaſianus regnauit qui diu remanſit ſine prole. Tandem
per conſiliū ſapientū quandā pulchrā puellam de lōginquis
ptibus mūdi ī vxorē duxit. et cū ea in patria extranea diu remāſit
et prolem ex ea genuit. Poſt hec ad imperiū ſuū accedere volebat.
ſed nullam licenciā ab ea poterat obtinere ſed ſemper dicebat. ſi a
me recedis meipſam occidere volo. Jmperator cū hoc audiſſet fecit
fieri duos anulos optimos et ſculpſit imagines in gēmis huius effi
cacie vt vna eēt ymago memorie et altera ymago obliuionis. Cūqȝ
paribꝰ anulis eas īſeruiſſet vnū anulū ſcʒ obliuionis pbuit vxori
alterum ipſe tulit vt ſicut pari amore ſic paribus anulis ſcʒ inſig-
nirentur. Vxor cū anulū accepiſſet ſtatim cepit obliuiſci amoris viri
. imperator hec videns ad imperiū cū gaudio ſe trāſtulit nec vlteriꝰ
eſt ad vxorē reuerſus. Et ſic in pace vitā ſuā finiuit.
Kariſſimi per iſtum imperatorē debemus intelligere animam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

humanā quā oportet aſſumi ad propriā patriā hoc eſt ad regnum
celeſte ad hoc vt ſalutem finalem cōſequat̄. Ideo ait p̄s. Saluū me
fac deus ꝛc̄. Vxor eſt noſtra caro q̄ retinet animā in multis delecta
cionibus per quas non poterit ad vitā eternā tranſire vbi anime
cōuerſacio eſt et imperiū eius et totū deſideriū. et quare nō ꝑmittit
eam? Quia caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū et ecōuerſo. Fac ergo tu
ſicut fecit imperator. Fac duos anulos memorie et obliuionis. Iſti
duo anuli ſunt oracio et ieiuniū. vtrūqꝫ ī effectu ſuo caret termino
Signum infallibile in multis terris eſt. ꝙ mulier ſi portat anulum
deſponſata eſt. Et reuera qn̄ homo ſe dat oracioni et ieiunio ſignū
eſt ꝙ anima eius eſt ſponſa criſti. Oracio autē eſt anulus memorie
Quia precepit apoſtolus dicens. Sine intermiſſione orate. Vtitur
ergo homo oracione dominica et deus memoriā eius habebat īmo
angelus eam p̄ſentabit. exemplo thobie. Ieiuniū poteſt dici anulus
thobie. q̇a retrahit et refugit ipſam carnē ne īpediat vſum racionis
et opus meritoriū per que itur ad deū. Studeamꝰ ergo iſtos ānulos
ſic nobiſcū retinere vt vtiam eternam conſequi mereamur.

Alexander regnauit potens valde qui magiſtrū ariſtotilē in
ſuū doctorē habebat qui eū in omni ſciencia inſtruebat. Hec
audies regina aquilonis filiā ſuā a temꝑe ſue natiuitatis veneno
nutriuit et cū ꝑueniſſz ad legittimā etatē erat tā pulchra et oculis
hominū graciosa ꝙ multi per aſpectū eius infatuati ſunt. Regina
eam ad alexandrū miſit vt eius cōcubina fieret. Viſa puella ſtatim
captus eſt in amore eius. et dormire cū ea volebat. Hoc percipiēs
ariſtotiles dixit ei. Nolite talia attemptare que ſi feceritis inconti
nenti moriemini eo ꝙ ipſa ſit toto tēpore vite ſue veneno nutrita
Et qđ verū ſit probo ſtatim. Hic eſt quidā malefactor qui per legē
debet mori. cum ea dormiat et tūc ſi verū eſt videbitis. Et ſic factū
eſt. Malefactor oſculatus eſt eam coram omnibus et ſtatim cecidit
et mortuꝰ eſt. Alexander hoc percipiens magiſtrum ſuū miro modo
laudauit qui eum a morte liberauit et puellam matri remiſit.

Moralizacio.

KArissimi iſte alexāder poteſt dici quilibet criſtianus bon⁹
fortis et potens per virtutes quas in baptiſmo recepit qui
potens et fortis eſt ꝙ diu manet in caritate et puritate vite contra
dyabolū mundū et carnē. Regina aquilonis eſt habundancia rerū
que hominē querit occidere ſpiritualiter. aliqn̄ ſepius corporaliter
Puella intoxicata eſt luxuria et gula que nutriunt̄ ex cibariȷ̄s de
licatis que ſunt venena anime. Ariſtoteles eſt tua conſciencia ſiue
racio que ſemper murmurat et contradicit illis que ſunt anime no
ciua et illū impedit ne cum talibus īmiſceat ſe. Malefactor eſt vir
ꝑuerſus. deo inobediēs qui magis ſequit̄ delicias carnis ꝙ diuina
precepta. Talis tota die in peccatis dormit oſculando .i. tangendo
gulam luxuriā per quos tactus ſpiritualiter occiditur. Unde ſapiēs
Qui tangit picē coinquinabit̄ ab ea. ſtudeamus ergo ſobrie viuere
et ſic poterimus ad eternā peruenire vitā.

OTto regnauit. in cui⁹ imperio erat quidā ſacerdos lubricus
qui propter hoc ſubditos ſuos multociens perturbauit et ꝑ
hoc ſcandalizati multū erant. Erat vnus prochialiū ſuoꝝ. qui nūꝙ
intereſſe voluit miſſe ipſi⁹ dū celebrauit. Accidit quodā die feſtiuo
ꝙ tempore miſſe eius ſolus in campo deambularet et miro modo
ſiciebat in tm̄ ꝙ videbat̄ ei niſi ſitim extingueret moreret̄. Accidit
dum ambularet venit ad quendā riuulū puriſſimi fontis. quo viſo
incepit haurire et fortiter bibere. ſed cū guſtaſſet quāto plus bibit
tanto plus ſiciebat. Intra ſe admirabat̄ dicens fontem hui⁹ riuuli
querere volo vt de fonte bibam. Dum autē ambulaſſet obuiauit ei
quidam ſenex pulcher valde. Et ait ei Kariſſime quo tendis? Qui
ait. Ultra ꝙ credi poteſt ſicio. Inueni vnū riuulū aque de quo bibi
et quāto plus bibi tanto plus ſiciebā ideo fontē hui⁹ riuuli quero
vt de fonte bibā. ſi ſitim extinguere poſſim. Ait ſenex Ecce hic eſt
fōs de quo riuulus ꝓcedit. Sed dic michi quare cū aliȷ̄s criſtianis
ad audiendū miſſam eccleſiam nō intraſti? Qui reſpōdit. Uere dn̄e
ſacerdos noſter execrabilē vitā ducit ſic ꝙ ipſum non credo miſſas
mundas celebrare et deo placitas. Ad quem ſenex. Si ergo tu ſitis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

vt dicis. ecce fons de quo tam dulcis aqua riuuli procedit de cuius
riuulo bibiſti. Reſpexit ille videnſqꝫ canē fetidiſſimū habentem os
apertum per cuius os et dentes tocius fontis ſcaturicio emanabat
mirabiliter. Qd dum ille perſpicacius agnouiſſet mente cōfuſus ex
pauit toto corpe ꝑtremiſcens. et propter fetorē nō audebat guſtare
et tn̄ miro modo ſiciebat. Quē ſenex intuens ait illi. Noli timere
quia potaſti de riuulo huius fontis. Nullā moleſtiā tibi generabit
Jlle hoc audiens guſtauit ſitim extinguit et ait. O dn̄e tam dulcem
aquā homo nūq̄ bibit. Ait ſenex. Vide modo queādmod hec aqua
ꝑ os canis fetidi obſeruato colore proprio et ſapore nec polluit nec
mutat. Kariſſime ſic eſt de miſſa ꝑ indignū ſacerdotē celebrata. Et
ideo q̄uis tibi diſpliceat vita taliū ſacerdotū. tamen miſſas illorū
debes audire. Hijs dictis ſenex euanuit ab eo. et quod viderat alijs
reuelauit. Et poſt hec deuote miſſas audiuit et in pace vitā finiuit.

¶ Moralizacio.

Kariſſimi impator eſt dominus noſter iheſus criſtus in cuius
impio. i. in mūdo ē ſacerdos lubricus ideſt criſtianꝰ ꝑuerſus.
Quia ſicut ſacerdos habet aīas prochianoꝝ cuſtodire ſic et criſtiani
virtutes q̄s ī baptiſmo receperūt habent regere ac diligenter cuſto
dire ne polluant. Jſte malus ſacerdos multos corrūpit malo exēplo
Vnde gregꝰ. Quot mala exempla ſubditis cōmittunt tot aīas ꝑdūt.
ſic malus criſtianus verbo et opere multos ad infernū trahit. Si
talis fueris fac ſicut fecit ille prochianus. Ambula ꝑ campos ideſt
per regna et caſtra donec venias ad vnū quē diligit aīa tua ſcilicet
illum ſenem. Senex ē criſtus quē inuenies per opera miſericordie
Sed prius oportet te bibere de riuulo. licet nō extiguas ſitī. Riuulꝰ
iſte de quo bibimus eſt baptiſmus qui tm̄ ſitis originalis peccati
extinxit. ſed ſi iterato incideris in peccatū amplius per eū extingui
nō poteris donec procedas ad iſtū fontē. Fons iſte ē dn̄s nr̄ iheſus
criſtus. Sicut de ſe ipſo ait. Ego ſum fons aque ſalientis in vitam
eternā. Johānis q̄rto. Riuuli vel vene iſtius fontis. i. verba ſacre
ſcripture ſepius procedūt ꝑ os fetidiſſimi canis. hoc eſt ſacerdotis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

predicatoris peccatoris. Querēdū eſt ergo cur ſcaturicio puri fōtis per os fetidi canis et nō alterius animalis manauerit Reſponſio. Sepius ī ſacra ſcriptura ſacerdotes canibꝰ comparant̄. Et ſicut in cane quatuor bona ſunt iuxta iſtos verſus. ¶ In cane bis bina ſunt et lingue medicina. Narus odoratus amor īteger atqꝫ latratꝰ. Sic et in ſacerdote ydoneo circa ſalutē animarū in foro predicationis penitēcie et cōfeſſionis quatuor has proprietates fideliter debēt ob ſeruare. Primo ꝙ ſint medici ī lingua mulcēdo videlicet et lingēdo vulnera peccatorū . nec nimis aſpere detergendo . Vulnera enim et vlcera canes lambunt. Secūdo ſicut canis per odorē narē vulpem ſiue leporem inueſtigat. ſic ſacerdos in odore cōfeſſionis vulpinas caliditates. i. hereticas peruerſitates ſiue falſitates quo ad peccati detēcionē et leporinas timiditates quo ad peccati deteſtacionē aut venie deſperationē et lupinā et leoninā ferocitatem quo ad venie cōtemptū et alia huiuſcemōi ſollerter et ſubtiliter īueſtigat. Tercio ſicut canes fideliſſimū animal eſſe ſcitur qui pro domino ſuo ac pro familia dn̄i ſui et eius animalibꝰ ac contra multos hoīes periculo ſe exponit ſic ſacerdotes pro fide catholica. et pro ſalute animarū non ſolum perrochialiū ſuoꝝ. ſed eciā omniū fideliū criſtianoꝝ corpus et animā debent exponere cōfidenter. Juxta illud ioh. x. Bonꝰ paſtor animā ſuā ponit pro ouibꝰ ſuis. Item ꝑma ioh. Criſtus animā ſuā pro nobis poſuit ita et nos debemus animas pro fratribus ponere. Quarto ſicut canis ſuo latratu fures prodit et thezaurū domini ſui ipſos tollere nō ꝑmittit ſic ſacerdos fidel̄ canis ſūmi regis. latratu ꝓdicacionis vigilācia iugis oracionis furtū ideſt īſidias dyabolicas machinaciones de thezauro domini ſui ideſt de anima ſui proximi quam ſummo thezauro ideſt p̄cioſo ſanguine ſuo redemit dominus ihesus criſtus perpellere non deſiſtat.

Quidam īperator erat qui pulchrā vxorē habebat quā miro modo dilexit. Ipſa primo anno cōcepit et peperit filium. quē mater multum dilexit in tantum ꝙ ſingulis noctibus in vno lecto iacebat cū eo. Cum autē ī etate tres annos cōpleuiſſet mortuus eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

rex. de cuius morte factus eſt dolor magnus. Regina multis diebus mortē eius planxit. Cū autē ſepulture traditus fuiſſet regina per ſe in caſtro quodā vixit habens ſecū filiū ſuū. Dilexitqꝫ in tm̄ puerū ꝙ eius preſencia carere non poſſet. Ambo ſimul cōtinue iacebant donec puer. xviij. annos in etate compleuiſſet. Videnſqꝫ dyabolus amorē tantū. inter matrē et puerū eiꝰ eos ad opus nephariū ſollicitauit ī tantū ꝙ filius matrē propriā cognouit. Regina vero ſtati concepit. Cum autē impregnata eſſet. filius totū regnū pre dolore amiſit et ad partes lōginquas acceſſit. Mater vero cum tempus pariendi adeſſet filiū pulcherrimū peperit. videſqꝫ paruulū natū ſtatī illum iugulauit ſcindens guttur eius per medium. Sanguis vero gutturis pueri in palmā ſiniſtre manus regine cecidit. et facti ſunt quatuor circuli rotundi in hac forma. o. o. o. o. Regina nulla arte poterat circulos euellere de manu et propter hoc ī tm̄ verecūdabat᷑ ꝙ ſemꝑ habuit in illa manu cirothecā ne circuli ſanguinei viderent᷑. Regina iſta beate virgini erat ſatis deuota. et tamē tantū verecūdabatur ꝙ ex proprio filio cōceperit et filiū propriū occidit. ꝙ nullo modo de hoc confiteri volebat. et tamen omni quindena de ceteris peccatis erat confeſſa. Regina iſta largas elemoſinas ꝓ amore btē virginis marie diſtribuit et ab omnibꝰ erat dilecta quia omnibus gracioſa. Accidit vna nocte ꝙ eius confeſſor coram lecto ſuo flexis genubus quinquies aue maria dicebat. et apparuit ei beata virgo et ait. Ego ſum virgo maria habeo tibi aliqua ſecreta dicere. Confeſſor gauiſus valde eſt et ait. O domina kariſſima dic ſeruo tuo que tibi placēt. Que ait. Regina iſtius regni tibi cōfitetur tamen vnū peccatū cōmiſit quod tibi non audet pādere p̄ nimia verecūdia. Die vero craſtina veniet ad te cauſa cōfeſſionis dic ei ex parte mei ꝙ elemoſine ſue et oraciones ſunt ī cōſpectu filij mei preſentate et accepte. Precipio ei ꝙ de illo peccato cōfiteatur quod priuate in camera ſua cōmiſit quia filium vnicum occidit. Rogaui pro ea et remiſſum ē ei peccatū ſi cōfiteri voluerit. Si vero dictis meis noluerit acquieſcere. roga eam vt cirothecam de manu ſiniſtra deponat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

et in palma eiꝰ peccatū cōmiſſum non confeſſum videbis. Et ſi hoc
noluerit cirothecam extrahe vi. Hijs dictis beata virgo euanuit.
Mane vero regina ſatis humiliter cōfitebatꝛ de omnibus peccatis
excepto illo peccato. Cum autē omnia dixiſſet que ei placuerūt ait
confeſſor. Domina cariſſima multi multa loquuntur. quare ſemper
in manu ſiniſtra vteris cirotheca. Audacter michi manū oſtende ſi
potero videre ſi lateat aliqͣd qđ deo non placeat. At illa. Dn̄e manꝰ
mea non eſt ſana et ideo eā vobis oſtendere nolo. Ille hec audiens
per brachiū eam accepit et contra eiꝰ voluntatē cirothecā extraxit
et ait. Domina noli timere. Beata virgo que te ītime diligit michi
precepit hoc agere. Cum vero manū apertam vidiſſet vidit quatuor
circulos ſāguineos ac rotūdos. In pͥmo circulo erāt qͣtuor. c. c. c. c.
In ſecūdo qͣtuor. d. d. d. d. In tercio quatuor. m. m. m. m. In quarto
quatuor. r. r. r. r. In circuitu circulorꝫ ad modū ſigilli erat talis ſuꝑ
ſcripcio rubea cōtinens q̄ hic ſequūtꝛ. Caſu condidiſti carne cecata
demoni dediſti dona donata monſtrat manifeſte manus maculata.
Recedit rubigo regina rogata. Domina regina cū hoc vidiſſet ad
pedes cōfeſſoris cecidit et cū lacrimis humiliter confitebatꝛ de illo
peccato cōmiſſo. Accepta abſolucione et penitencia completa. poſt
paucos dies obdormiuit in dn̄o. De cuius morte factus ē planctus
magnus in ciuitate illa. Applicacio.

Kariſſimi iſte imperator ē iheſus criſtus. qui deſponſauit filiā
pulchrā ſcilicet naturā hūanā quādo carnē noſtrā aſſumpſit
Sed prius eam ſibi in amaſiā accepit quādo pater filio et ſpiritui
ſancto loquebatꝛ dicēs. Faciamus hoīez ad ymaginē et ſimilitudinē
noſtram. Sed heu prochdolor poſtqͣ dominꝰ noſter iheſus criſtus
genuit in nobis pulcherrimū filiū ideſt animā ab omni cōtagione
mundatā per ſuam paſſionem et virtutē baptiſmi: anima in nobis
per peccatum eſt occiſa quantū ad vitam eternam. Sed dic michi
quō. Ecce viā vobis oſtendo. Homo habet propriū filiū ſecū. et cū
eo iacet in delicijs ideſt in carnali cōcupiſcencia in tm̄ qꝫ te ſciente
ac conſenciente proprium filium tuū ideſt animā ſiue racionem per

quā deberes ſenſus tuos dirigere ſuppeditatᷣ per carnales cōcupiſcē
cias ſed ſanguis ideſt peccatū ſemper in manu tua remanet. Juxta
illud p̄s. Anima mea in manibus meis ſemper. Hoc eſt dictum. Si
bene vel male fecerimus ita manifeſte ſicut in manu corā iudice ſu
premo oſtendetᷣ. Vel aliomodo poteſt reduci. Jſta regina eſt natura
humana que in primo parēte ſcilicet adam erat plantata q̄ cōcepit
ex filio hoc ē ex delectacione carnali. quando de pomo comedit tūc
genuit filiū ideſt totū genus humanū qd ipſum per peccatū occidit
Vnde ſanguis noſter ideſt peccatū noſtrū tam notoriū erat ꝙ nullo
modo celari poterat niſi per cirothecā ſcilicet noſtram fragilitatē
ad dyaboli decepcionē. et ſic numq̄ꝫ poterat per nos deleri. niſi per
criſti paſſionē. Et quomodoˢ. Ecce via iſta. Confeſſor ideſt ſpiritus
ſanctus beatā virginem viſitauit de quo ipſa concepit filium ideſt
criſtum dominū noſtrum per quem ſaluati ſumus. Tamen in manu
eius erant quatuor circuli primus circulus eſt cogitacio q̄ peccatū
precedit. ſecundus eſt delectacio. tercius eſt conſenſus. quartus eſt
actus peccati. Jſtis circulis erat adam ſignatus quando peccauit. et
nos omnes quando peccatum cōmittimus. Jn primo circulo erant
quatuor. c. que dicebāt caſu cecidiſti carne cecata. Caſus erat dya
bolus quia totum genus humanum erat perditum. Cecidiſti. Vbiˢ.
Certe in infernū ceciderunt. Carne ideſt cum frigore iniquitate pau
pertate et miſerijs multis. Vbiˢ. Jn paradiſo fuiſti creatus ſine omni
defectu. et propter primi parentis peccatū. in iſtis miſerijs es inuo
lutus. Cecata ideſt cecus factus eſt. vbi deum hominē in paradiſo
ante peccatū vidit. iā propter peccatū illa viſione caret. Jn ſecūdo
circulo erant quatuor. d. que dicebant demonia dediſti dona donata
Quid ei dediſtiˢ. Certe animā tuam quādo mortaliter peccaſti. Hoc
primus parens dedit quādo de pomo vetito cōmedit. Dona donata
ideſt virtutes cū quibus te deus ornauit in baptiſmo. illas diabolo
dediſti per peccatum. Jn tercio circulo erant quatuor. m. que dice-
bant monſtrat iam manifeſte ideſt iam ſatis aperte patet. in qua mi
ſeria ſumus poſiti. Quia primo creati eramus vt numq̄ꝫ moreremur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

altiſſimus iam noui vos paucas veſtes hic habeo induas te et ad
palaciū perge et vt ſpero noticiā tuā habebunt. Imperator induit
ſe et ad palaciū ſuum prexit et ad ianuā pulſauit. Janitor hoſtium
aperuit et eū ſatis honorifice recepit. At iſle. Nūquit noticiā meā
habes? Qui ait etiā dn̄e poptime. Sed admiror ꝙ per totum diem
hic ſteti et vos exire nō vidi. Ille vero aulam intrauit omnes eum
videntes capita inclinabāt. Alius imperator erat cū dn̄a in camera
Et quidā miles exiens de camera eum intime aſpexit. et poſt hec in
camera reuerſus ait. Domine mi eſt quidā ī aula cui omnes capita
inclinant et honorē faciūt qui vobis in omnibꝰ aſſimilatᷣ in tantū
ꝙ q̇s veſtrū ē īperator penitus ignoro. Imperator ille hᷣ audiēs ait
imperatrici exeas et videas ſi eius noticiā habeas. Illa vero foras
prexit et cū eum vidiſſet admirabatᷣ ſtatim camerā intrauit et ait.
O dn̄e vobis vnū denūcio ꝙ quis veſtrum eſt dominꝰ meꝰ penitꝰ
ignoro. At ille. Ex quo ſic eſt foris pergam et veritatem excutiam
Cum autē aulam intraſſet eum per manū cepit. et iuxta eum ſtare
fecit. vocauit omnes nobiles in aula exiſtētes cum imperatrice et
ait. Per iuramentum quod michi feciſtis dicite quis noſtrum eſt
īperator. Imperatrix primo reſpondit. Dn̄e mi michi incūbit primo
reſpōdere. Teſtis eſt michi deus in celis. quis veſtrum eſt dominus
meus penitꝰ ignoro. Et ſic omnes dixerūt. At ille. Kariſſimi audite
me. Iſte homo eſt īperator veſter et dn̄s. Nam aliquo tēpore cōtra
deū ſe erexit. propter quod peccatū deus eum flagellauit. et homi
num noticia ab eo receſſit quouſq; ſatiſſactionē deo fecit. Ego ſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

angelus eius cuſtos anime ſue qui īperium cuſtodiui ꝙ diu fuit ī penitēcia. Jam eius penitēcia ē cōpleta et pro peccatis ſatis fecit āmodo ei ſitis obediētes. ad deū vos recōmendo. Statim ab oculis eoꝝ diſparuit. Imperator vero deo gracias reddidit. et toto tēpore vite ſue in bona pace vixit et ſpiritum deo reddidit.

Kariſſimi iſte imperator poteſt dici quilibet homo totaliter mūdo datus. Qui propter diuicias et honores in ſuperbia cordis erigitur. Sicut alter nabugodonoſor qui diuinis preceptis non obediuit. Vocat milites ideſt ſenſus. ꝑgit ad venandū mundi vanitates. Iterum calor intollerabilis ideſt temptacio dyabolica eū arripit ꝙ quieſcere nō poteſt quouſq; ī aquis mūdanis ſit totalit̃ refrigerat⁹. Iſta refrigeracio eſt ī detormētū anime. Et ſic milites ideſt ſenſus ſine cuſtodia hominē dimittunt. quocienſcumq; ī aqua mūdana balneari intendit. Sed de equo primo d̃ſcendit ideſt a fide errat. quia in baptiſmo firmiter deo promiſit adherere et pompis dyaboli abrenūciare. Sed ꝙ cito totaliter ſe in aquis mundāis inuoluit fidem frangit et hoc eſt de equo deſcendere. Deinde depoſuit veſtes ideſt virtutes quas in baptiſmo recepit. et ſic nudus miſer in mundi vanitatib⁹ iacet. Quid ergo eſt faciendū? Certe vt alius ſcilicet prelat⁹ q̇ fidem et virtutes habet eū cuſtodire hoc eſt veſtimēta recipere. Quia prelato datur poteſtas ſoluendi peccatorē quociens puro corde ad deū ſe cōuertit. Jouinian⁹ cum de aq̃ exiuit ꝛc̃. Sic miſer hō cū de aq̃ mūdana ꝑ ſe gratiꝫ intēdit exire nullā virtutē inuenit. q̇a oēs ꝑ peccatū ꝑdidit ergo habet materiā dolendi. Quō debent ergo virtutes recuperari? Certe ad domū militis primo ꝑgere Miles iſte ē racio q̄ hēt te flagellare q₂ ratio dictat ꝙ ꝙtū contra deū ꝑpetraſti in corde tuo. hoc emēdes. Et ideo nō poteris teipſum dicere imperatorē ideſt criſtianū quia opera criſtiani per peccatum ꝑdidiſti. Racio ergo te expellit ab omni vicio. Quid ergo ē faciend̃ Pergas ad caſtrū ducis ſcꝫ ad cōſcientiā tuā propriā que cōtra te grauiter murmurat donec recōſiliatus deo fueris. ymmo ī carcere te poīt h̃ ē in ꝑplexitate magna quō et ꝑ quā viā deo placē potes. et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

vulnera ab eo recipere .i. cordis compunctionem per que ſanguis
ideſt peccatū exeat. Deide ad palaciū cordis tui pulſare ideſt ītime
cogitare q̊modo et qua de cauſa contra deū deliquiſti. Janitor ideſt
voluntas que ē libera oſtium cordis tui habet aperire et te ducere
ad primū ſtatum quem ī baptiſmo recepiſti. Canis qui ſaltat vt te
occidat ꝛc. ē caro tua ꝓpria per quam homo ſepius occiditur niſi
deus impediret. Et falco ī partica extra feneſtram volat ꝛc ideſt po
tencia diuina nō tecū manebit q̄diu ī mala vita iaces. nec vxor .i.
anima noticiam habebit me ſalutis. Quid ergo eſt faciendū: Certe
vt ſis tractus ad caudam equi. Trahi per caudam equi nichil aliud
eſt q̄ꝫ a principio vite vſqꝫ ad preſens quid et quantum feciſti tan
tum dolere et ſatiſſactionē perpetrare. Deinde poſtquā iſta feceris
perge ad heremitam ideſt diſcretū confeſſorē in foreſta ſancte eccl'e
Et de omnibus quibus cōtra deum deliquiſti pure cōfitearis clauſa
feneſtra ideſt priuate non ad laudem hominū ſed ad tuum ſolamen
et ſtatim de⁹ et omnes angeli noticiam tuam habebūt. Deide facta
cōfeſſione veſtimētis .i. bonis virtutib⁹ poteris indui. et ad pala
cium cordis tui ſecrete accedere. et oīs ſenſus tui cū vxore ideſt aīa
noticiam habebūt quia verus īperator ideſt bonus criſtianus fact⁹
es et per conſequens vitā eternam obtinebis ad quā perducat.

Quidam rex erat qui filiam vnicā pulchrā et gracioſam noīe
Roſinūdam habebat. Puella iſta cū ad etatē denā perueniſſet
erat tam abilis in currendo q̄ cicius ad terminū ꝑuenerat antiquā
aliquis eum tāgere poſſet. Rex per totū regnū ꝓclamare fecerat q̄
quicūqꝫ cū filia ſua volebat currere et ad finem termini ante eam
ꝑueniret ipſam in vxorem haberet. et totū regnum poſt eius deceſ
ſum. Si vero aliq̄s hoc attēptaret et de curſu deficeret. caput amit
teret. Facta ꝓclamacione. quaſi īfiniti ſe obtulerūt cū ea currere. et
quotquot cū ea currebāt omnes deficiebāt et capita amiſerūt. Erat
tunc quidā in ciuitate pauꝑ nomine abibas qui intra ſe cogitabat
pauꝑ ego ſum et de vili ſāguine ꝓductus. ſi per aliquā viā poſſem
iſtam puellam deuincere. non tantū ego promotus eſſem ſed et oīs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

de meo ſanguine. Prouidebat ſibi de trib⁹ cautelis ſcilicet de ſerto
roſarū quia illā puelle appetūt. Secundo de zona ſerica quā puelle
libenter optant. Tercio de loculo ſerico et infra loculum pila quedā
erat deaurata. ſup pilā deſcripcō talis. Qui mecū ludit nūq̄ de ludo
ſaciabit̃. Hec tria in ſinu ſuo poſuit. Ad palaciū prexit et pulſauit
Adeſt ianitor et cauſaȝ pulſacionis petebat. Qui ait. Paratus ſum
cū puella currere. Illa cū hoc audiſſet quādā feneſtram aperuit et
cum eū vidiſſet in corde ſuo deſpexit. Et ait. Ecce q̄ reprob⁹ eſt cū
quo currere debeo. Tamē non poterat cōtra dicere. Ad currendū ſe
p̄parauit. Ambo adinuicē currebant. Cito puella ad magnā ꝑtem
ante eū cucurrit. Abibas cū hoc vidiſſet ſertū roſaꝝ ante eā ꝓiecit
Viſo ſerto puella inclinauit ſe et ſertum leuauit et in capite poſuit
Tantū in ſerto delectabat̃ et expectabat ꝙ abibas ante eā cucurrit
Puella cū hoc vidiſſet. ait ī corde ſuo. Nunquid filia patris mei cū
tali ribaldo debet copulari. ſtatim ſertum proiecit ī quandā foueam
profundā. et poſt eū cucurrit et apprehendit. Quē cū apprehendiſſet
alapā dedit ei dicēs. Siſte gradū miſer nō vt filius p̄ris tui ī vxorē
me ducat et ſtatim ante eū cucurrit . Abibas cū hoc vidiſſȝ ante eā
zonā de ſerico proiecit. quā cū vidiſſet inclinauit ſe et eam leuauit
ſuccinxit et tantum de ea delectabat̃ ꝙ ibidem moram traxit et iterū
abibas lōge ante eam cucurrit. Puella cū hoc vidiſſet fleuit amare
et zonā accepit et in tres ꝑtes fregit et poſt eū cucurrit et apprehē
dit. Quē cū apprehēdiſſȝ manū leuauit et ei alapā dedit dicens. O
miſer me ī vxorē nō habebis. Statī āte eū longe cucurrit. Abibas
cū hoc vidiſſȝ expectabat q̊uſq ipſa ꝓpe finē eſſet. Hoc facto locu
lū de ſerico ante eā ꝓiecit. viſo loculo iclinauit ſe et loculū leuauit
aperuit pilam deauratam intus inuenit ſuperſcriptionē legit. Qui
mecū ludit nūq̄ ludo ſaciabit̃ icepit tantū et tādiu ludere cū pila
ꝙ abibas cicius ad finē peruenit et eā in vxorem obtinuit &c.

Kariſſimi iſte imperator eſt domin⁹ noſter iheſus criſtus. filia
pulcra eſt aīa ad dei ſimilitudinē creata que velocit̃ ī bonis
opib⁹ currit. q̄diu ī puritate vite manet in tm̄ ꝙ eā peccm̄ mortale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

vinci non poteſt. Clamor factus eſt ꝛc. Clamor iſte nichil aliud eſt ꝙ
ꝙ homo ſe defendat et protegat contra dyabolū mundū et carnem
Et ſi bellum cōtra iſta tria aggreditur et victoriā obtinuerit. tunc
peccata mortalia ſuccūbūt. et hoc eſt capita amittere. Abibas eſt
dyabolus. qui cum viderit hominē ſuperaſſe per opera miſericordie
prouidet ſibi de tribus cautelis ſcilicet de ſerto. ſertū iſtud ē ſuꝑbia
Quia ſicut ſertum non ponitur niſi ſuper caput vt ab hominibus
videatꝛ ſic ſuperbꝰ ſemꝑ videri vult. Et ideo dicit augꝰ. cū ſuꝑbum
videris filium dyaboli eſſe non dubites. Cum igitur homo vtitur
ſerto ſuperbie ſtatim currit dyabolꝰ ante eū. Quid ergo ē faciēdū
Certe vt ſertum ſuperbie proiciatur in foueam humilitatis et ſic
dabis dyabolo alapā et eū dimittis. Poſt hec puella ſe inclinauit
et zonam leuauit ꝛc. zona iſta eſt luxuria ꝙ dyabolus proicit ante
hominem. Cum tamen contra tales dicat gregꝰ. Succingite lūbos
veſtros in caſtitate. Si ergo ſuccingis te zona luxurie ſtatim dya
bolus ante te currit et de bona via tua te impediet. Quid ergo eſt
faciendū? Certe vt zona luxurie in tres partes frangatur ſcilicet
in oracionē ieiuniū et elemoſinā et ſic ꝑ cōſequēs dyabolū vinces.
Poſt hec dyabolꝰ loculū ante hominē ꝓicit. Scitis ꝙ loculꝰ hab;
duas cordas ad aperiēdū. Cor vero eſt loculꝰ quod debet eſſe clau
ſum īferius in ꝙtum ad terrena et ſuperiꝰ apertū ꝙtum ad celeſtia
ad graciā ſuſtinendū. Due corde que claudūt. ſunt timor dei et pena
eterna per que duo cor hominis clauditꝛ ne intret peccatū. Pila ī
loculo ſepius inuenitꝛ in cordibꝰ noſtris ſcilicet auaricia cupiditas
Quia ſicut pila mouetꝛ ad oēm differēciā diſpoſicionis. ſic et auarꝰ
mouetꝛ ī terra mouetꝛ in mari nō ceſſat pes eiꝰ currere nec cogitare
quomodo et ꝑ quā viam bona mūdana poterit acquirere. Super
ſcriptio eſt qui enī ludit ideſt qui cū cupiditate incipit vitā ducere
vix aut nunꝙ poterit ſuſtinere. Sicut dicit ſeneca. Cū oīa peccata
ſeneſcunt ſola cupiditas iuueneſcit. ideo timendū eſt de aliquibꝰ qui
tantū cum pila ludunt cupiditatis ꝙ dyabolꝰ eos occupabit. Quia
ſicut dicit apoſtolꝰ radix oīm maloꝝ eſt cupiditas. Studeamꝰ ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

vitam noſtrā ſic dirigere vt vitā eternā valeamus ꝛc.

CLaudius regnauit q̇ vnicā filiā hēbat gracioſam et decorā valde. Qui cū ſemel in ſtratu ſuo iacuiſſet intime de filia ſua cogitabat quō eam promouere poſſet. Ait intra ſe. Si eā in vxorē diuiti ſtulto tradidero. filiā meā ꝑdam. Si vero pauperi ſapiēti per eiꝰ ſapiētiā ei neceſſaria large acquiret. Erat tūc in ciuitate quidā phūs noīe ſocrates quē rex dilexerat. Vocauit eū et ait. Kariſſime nūquid tibi placet filiā meā in cōiugē accipere? Et ille. Etiā dn̄e ꝑoptime. Et ille. Ex quo ita ē dabo tibi eā et ſub illa cōditione ꝙ ſi moriať filia mea ī tua ſocietate vitā tuam amittes. Eligas ergo eā accipere vel dimittere. Et ille. Michi bn̄ placet eā accipere ſub iſta cōditione. Rex nupcias celebrauit cū magna ſolēpnitate. Per quedā tēpora vitā duxerūt in quiete et ſanctitate ꝑfecta. Poſt hoc vxor ſocratis vſq; ad mortē infirmabať. Hec audiens ſocrates cōtriſtatus ē valde. Quandā foreſtā intrauit et fleuit amare. Dum ſic eſſet in dolore. Rex alexād'r in eadē foreſta venabať. Miles quidā regis alexādri ſocratē vidit ad eū eq̄tabat et ait ei. Kariſſime cuiꝰ homo es? Et ille. Homo talis dn̄i ſum ego ꝙ ſeruus dn̄i mei ē dn̄s dn̄i tui. Ait miles. Non eſt maior dn̄o meo in toto mūdo. Sed ex quo talia dicis ducā te ad dominū meū et audiemus quis eſt dn̄s tuꝰ de quo tot et tanta ꝑ̄ſumis. Cū autē corā rege alexandro ductꝰ fuiſſet. Ait ei rex. Kariſſime quis eſt dn̄s tuus de quo talia dicis ꝙ ſeruus eius eſt dn̄s meus? Ait ille. Dominus meus eſt racio. ſeruus eius voluntas. Sic eſt ergo ꝙ tu per voluntatē tuam regnū tuum et nō per rationē hucvſq; gubernaſti. Ideo ſeruus dn̄i mei. hoc eſt voluntas eſt dn̄s tuus. Audiens hec alexander ait. Kn̄e prudenter rn̄diſti vade in pace. Ab illa die cepit rex regnū ſuū racione gubernare et nō volūtate. Socrates vero ſolus foreſtam intrauit et fleuit amare ꝓ ſua cōiuge. Senex quidā venit ad eum et ait. O bone magiſter ob quā rem affligiť anima tua. Et ille filiā regis ſub tali cōdicione deſpōſaui ꝙ quocūq; tēpore ipſa in ſocietate mea moriatur vitā meā amitto et iā ad mortē īfirmať. et hec ē cauſa doloris mei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Ait ſenex fac conſiliū meū et poſt factū nō penitebis. Vxoꝛ tua eſt
de ſanguine regū. cum rex minutus fuerit vxoꝛ tua pectus et vbera
liniat de ſanguine patris ſui. deīn in iſta foꝛeſta tres herbas īuenies
de vna ei potionē facies. de alijs duabus vnū emplaſtrū vbi doloꝛē
ſentit. et ſi iſtam doctrinā impleuerit ſanitatē ꝑfectam inueniet. So
crates omnia impleuit et vxoꝛ ab omni infirmitate conualuit. Rex
vero cum audiſſet ꝙ ſocrates tam ſollicite pꝛo infirmitate filie ſue
laboꝛabat eum ad magnas diuicias et honoꝛes pꝛemouit.

¶ Moraliſacio p̄cedentis hyſtoꝛie.

Kariſſimi iſte rex eſt dominus noſter iheſus criſtus. Filia tam
pulchra anima ad dei ſimilitudinē creata. Iſtam puellā non
diuiti ſed pauperi ſocrati ideſt homini ꝙ ſit paup dat iob pꝛimo.
Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee ⁊c. ſed kmi ſcire debetis
ꝙ ſub tali cōditione dedit dn̄s noſter iheſus criſtus homini animā
vt ſi in eius ſocietate moꝛeret̄ per peccatū moꝛtale vitam tuam ſcʒ
eternā amittes. Si ergo anima tua in infirmitatē per peccatū ceci
dit fac ſicut fecit ſocrates. Intra foꝛeſtā ideſt ſanctā eccleſiā in qua
inuenies ſenem .i. diſcretū confeſſoꝛē de cuiꝰ cōſilio ſanari peteris.
Alexander qui venatus ē . eſt homo mundanꝰ qui pocius regulat̄
volūtate ꝙ̄ ratione ſed ꝑ ſacrā doctrinā emendat̄. Et ſi ꝑ peccatū
infectus pꝛimo linias pectus tuū cum ſanguine ideſt recētē memoꝛiā
de criſti paſſione habeas in coꝛde. deinde collige tres herbas ſcilicet
confeſſionē contricionē et ſatiſſactionē de pꝛima facias pocionē .i.
de peccatis ſemꝑ dolere. de alijs emplaſtrū ideſt penitenciā et ſic ſa
nitatē ꝛcipies vt ſic ꝑ cōſequens ad diuicias vite eterne ꝓmoueri
poſſis. Ad quā nos pꝛducat ⁊c.

Gaius regnauit pꝛudens valde. in cuius regno mulier quedā
erat nomine floꝛētina miro modo pulchra et gracioſa. Vnde
tanta pulchꝛitudo erat in ea ꝙ tres reges eā obſidebant et a q̄libʒ
rege erat violata. Poſt hec inter reges pꝛopter nimiū eius amoꝛem
cōmiſſum ē bellū et quaſi infiniti hoīes ex omni parte occubuerūt
Satrape imperij hec audientes omnes ad regem venerūt dicentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Domine illa florentina ĩ regno tuo eſt tam pulchra ꝙ quaſi ĩfiniti
cotidie pro eiꝰ amore occiduntᷣ. Et niſi cicius remediũ apponatur
quotqͦt ſunt in regno tuo peribũt. Audiens hec rex litteras ſcribi
fecerat. annulo ſuo ſignatas. ꝙ ſine vlteriori dilacione illa ad eum
veniret. Preco cũ litteris ad eam perrexit. et anteꝙ̃ ad eam ꝑuenit
defuncta eſt. Rediit preco. de morte florentine regi nunciauit. Rex
cõtriſtatus eſt valde ꝙ eam videre nõ poterat in ſua pulchritudine
et omnes pictores regni ad eũ cõuocari fecit. Cũ autem veniſſent.
Ait rex Kariſſimi hec eſt cauſa q̃re ꝓ vobis miſi. Erat quedã mulier
nomine florẽtina. ĩ tanta pulchritudine. ꝙ quaſi ĩfiniti occubuerũt
pro eius amore. Defuncta eſt et eam non vidi. Ite ergo et cũ omni
ĩduſtria veſtra ymaginẽ eius depingite cum ſua pulchritudine. per
quã pulchritudinẽ potero diſcernere quomõ tot occubuerũt pro eiꝰ
amore. At illi. Domine rẽ difficilẽ vos q̃ritis. Tanta erat ĩ ea pul
chritudo et decencia. ꝙ omnes pictores orbis ymaginem eius non
depingerent quãtum ad omnia. excepto vno pictore qui latet in mõ
tibus. Ille ſolus eſt et nõ alius q̇ voluntatẽ veſtrã adimplere pote
rat. Hec audiens rex ꝓ illo pictore deſtinauit. Qui cũ ad eũ veniſſet
ait ei. Kariſſime de tua ĩduſtria informati ſumus. Ite et ymaginem
florentine per oĩa depingite in ſua pulchritudine. et cõdignã mer
cedem dabo tibi. At ille. Rem difficilẽ queritis. Veruntamen michi
concede vt in conſpectu meo omnes pulchras mulieres tocius regni
ſaltem per vnã horã habeam et faciam quod vobis placebit. Rex
vero fecit omnes conuocari et in cõſpectu eiꝰ ſtare. Pictor quatuor
pulchriores ex eis elegit et alias licenciauit vt ad patriam ſuam
redeant. Pictor ille cum rubeo colore ymaginem eius incepit depin
gere et que illarum quatuor mulierum habebat magis faciem gra
cioſam aut naſum. et de ceteris mẽbris hoc in ymagine poſuit. Ita
ꝙ ex qualibet parte aliquã partem accepit et ymaginẽ compleuit
Cum vero completa fuiſſet ymago. venit rex vt eam videret. Quã
cum vidiſſet. ait. O florentina florentina ſi vixiſſes. vltra oẽs iſtũ
pictorem deberes diligere qui depinxit te in tanta pulchritudine.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

KArissimi rex iſte eſt pater celeſtis. Florentina tam pulchra eſt anima ad dei ſimilitudinē creata. Tres reges dyabolꝰ mūdꝰ et caro. per iſtos tres reges anima propter peccatū primi parentis erat obſeſſa et a quolibet violata. Unde tot occubuerūt per peccatū ꝙ omnes ante aduentū criſti ad infernū deſcenderūt. Hoc videntes ſatrape hoc eſt patriarche et prophete de remedio clamabāt dicentes domine mitte nobis quē miſſurꝰ es. Aliꝗ. Emitte agnū domine dominatorem terre ꝛc. Deus vero miſit preconem ſcilicet beatum iohānem baptiſtā ſicut ſcribit malachie. i. Ecce ego mitto angelū meū qui preparabit ꝛc. Sed heu prochdolor longe ante eiꝰ aduētū mortua eſt anima. Pictores ſunt vocati qui ſe excuſauerūt ꝛc. id eſt i celo īter āgelos. in terra iter hoīes ſcilicet patriarchas et ꝓphetas non eſt inuentus vnus qui ſciuit vel potuit ymaginem id eſt animā depīgere quātū ad ſuā propriā pulchritudinē. Pictor ꝙ de mōtibꝰ venerat eſt dn̄s noſter ihesus criſtus qui deſcēdit de celis vt iſtam ymaginē reformaret. Et q̊mō. Certe cū rubeo colore id eſt proprio ſanguine elegit quatuor mulieres pulchriores ꝛc. Pro prima muliē dedit eſſe cum lapidibꝰ. Pro ſecūda vegetare cū plantis. Pro tcia ſentire cū aīalibꝰ. Pro quarta ītelligere cū angelis. Rex cū vidiſſꝫ dicebat. O florentina id eſt anima multū deberes iſtum pictorē dn̄m noſtrum ihesum criſtū ante oīa diligere qui ſuo proprio ſanguine te depinxit in tanta pulchritudine.

UEſpaſianꝰ regnauit qui filiā pulcherrimā habebat cui noīe aglaes que erat nimis pulchra et oculis hoīm graciosa. ita ꝙ eius pulchritudo oīs alias mulieres excellebat. Accidit vna die ꝙ cum filia eius ante eū ſtaret. eam ītime reſpexit et ait ei. kariſſima nomē tuū mutabo. Propter pulchritudinē corporis tui. ſit nomen tuum āmodo dn̄a ſolacꝗ in ſignū huius vt oīs qui ad te venerint triſtes cū gaudio recedant. Rex vero iuxta palaciū quēdam ortum pulcherrimū habebat. In quo ſepius cauſa ſolacꝗ ambulauit. Fecit proclamari ꝑ totū imperiū. ꝙ ſi quis filiā ſuam in vxorē habere vellet ad palaciū ſuū veniret et infra ortū tribꝰ aut quatuor dieb/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ſpaciaret. Deinde rediret et filiã ſuã in vxorem haberet. Facta pro
clamatione multi ad palaciũ ſuum venerunt. Ortum intrabant et
nũq̄ꝑ poſtea ſunt viſi. Et quotq̇t venerũt nullus ex eis euaſit Erat
tunc quidã miles in partibus longinquis. cum audiſſet de clamore
ꝙ ſi quis ad palaciũ veniret filiã in vxorẽ haberet. veĩt ad ianuã
palacij̃ et pulſauit. Janitor hoſtiũ aperuit et eũ introduxit ad regẽ
acceſſit et ait. Domine mi clamor factus ẽ cõmunis vt ſi quis ortũ
veſtrũ intrauerit. filiã veſtram in vxorem habebit. ideo huc veni.
Ait rex. Ortum intrate. et ſi exieritis. eam habebitis. Qui ait. Dñe
mi vnũ michi cõcede. Peto inſtanter anteq̄ꝑ ortũ intrauero vt aliq̃
verba cũ puella loqui potero. Ait ille. Michi bene placet. Acceſſit
ad puellam et ait. Kariſſima nomen veſtrum eſt domina ſolacij̃. Ad
hoc tibi datum eſt vt omnes qui triſtes ad te veniunt cum gaudio
redeant. ſed ego nimis triſtis et deſolat⁹ ad te venio. prebe ergo m̃
conſiliũ et auxilium quomodo cum gaudio recedere potero. Multi
ante me venerunt et ortũ intrauerunt. nec vnq̄ꝑ amplius viſi ſunt
Si ergo michi idem caſus cõtiugeret ve michi dicere potero ꝙ ego
te deſideraui in matrimonio. At illa. Tibi veritatem dicam et tuam
triſticiam in gaudium conuertam: In orto illo eſt quidam leo fero
ciſſimus qui omnes intrantes interficit et per eũ oẽs qui ĩtrauerũt
racione perſone mee ſunt interfecti. Arma corpus tuum totum ferro
a planta pedis vſq3 ad verticem capitis et ſint omnia arma tua cũ
gummo linita. Cum vero ortum intraueris. leo ſtatim in te irruet.
contra eum uiriliter pugna. Et cum laſſus fuerit ab eo te ſepares.
Ille uero ꝑ brachium uel pedem te tenebit cum dentib⁹ in tantum
ꝙ per arma gũmata dentes eius pleni erũt ꝙ te nõ multum poterit
ledere. Tu vero cũ hoc perceperis gladium euagina et caput eius
ãputa. Sed aliud ẽ adhuc periculũ in orto illo. Eſt tantum vnus
ĩtroit⁹ et ſũt diuerſa diuerticula. ita ꝙ q̇ ſemel ĩtrauerit vix exitũ
ĩuenire poterit. Et ideo cõtra illud periculũ dabo tibi tale remediũ
Globũ fili tibi cõcedo. et cũ ad hoſtiũ orti perueneris. filum globi
in porta liga et ſic per filũ ĩ ortũ deſcende. Et ſicut vitã tuã diligis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

globum fili nō perdas. Miles per omnia adimpleuit ſicut dixerat
puella armatus ortum ītrauit. Leo cū eū vidiſſet toto conamine in
ī eū irruit. Miles viriliter ſe defendit. et cū laſſus erat ſaltū ab eo
fecit. leo enī per brachiū eum tenuit in tantū ꝙ dentes eius gummo
pleni erant. miles cum hoc ꝑcepiſſet gladium extraxit et caput leo
nis amputauit. Ille vero in tantū gaudebat ꝙ filum ꝑ quē deſcēdit
perdidit. Ille vero triſtis ac dolens ortum tribus diebus circuiuit
et diligenter globū queſiuit de nocte inuenit cum vero īueniſſet nō
modicum gaudens ꝑ filum aſcendit quouſqꝫ ad portā ꝑuenit. filum
ſoluit. ad regem ꝑrexit. et filiā ſuam dominā ſolacij in vxorem obti
nuit de quo multum gaudebat.

Kariſſimi iſte imperator eſt dominus noſter ihesus criſtus. fi
lia tam pulchra. dñā ſolacij eſt regnum eternum. Qui vero
voluerit regnum eternum habere oportet vt primo ortum huius
mundi intret et per aliqua tempora q̄diu deus voluerit ibidem ex
ſpectare p̄s. Conſtituiſti terminos eiꝰ qui preteriri nō poterūt Iob.
Vnꝰ eſt introitus hoīm et iumentoꝝ. Sed ī mundo tot diuertoria
ſcilicet pericula quia homo neſcit finē ſuum nec vbi nec quomodo
mori debet. Leo vero ē dyabolus circuit querēs quē deuoret. Vnde
quaſi infiniti per eum ſunt occiſi. Quid ergo eſt faciendum. ſi vo
lumus regnum celeſte obtinere. Certe debemus bonis virtutibus
armati ita ꝙ arma noſtra ſint gummata. Per gummā elemoſinam
intelligere debemꝰ quia ſicut gumma duo adinuicem iungit. ſic et
elemoſina cum deo. Vnde propheta dicit ſicut aqua extinguit ignē
ita elemoſina peccatum. Deīn debes accipere globum fili ꝛc. Globꝰ
iſte eſt baptiſmus vnde in principio vite tue oportet in baptiſmo.
deinde in cōfirmatione et ſic ꝑ cetera ſacramenta in mundum iſtum
deſcendere. Sed leo ideſt dyabolus eſt paratus contra te pugnare.
Contra eum viriliter pugnare debes et caput eius ſcꝫ poteſtatem
eius per bona opera auferre. Sed ſepe cōtingit ꝙ poſtq̄ homo de
dyabolo triumphauerit ſicut multi faciunt in quadrageſima. poſt
paſcha redeūt ad peccata. et ſic globum fili ideſt virtutē ſacramēti

ꝑdūt. Fac ergo tu ſicut fecit miles. Si per peccatū virtutes ꝑdi
diſti. multū dolere deberes. Perge viam triū dierū per contricionē
confeſſionē et ſatiſfactionē. et inuenire poteris ea que ꝑdidiſti. Et
ſic cū veneris ad portū mortis quando aīa ſeparat᷑ a corpore pote
ris ad dominā ſolacij ꝑuenire id ē ad gaudiū eternū. Ad quod ꝛc.

Quidam rex regnauit q̄ tres virtutes habebat. Primo erat
forcior omnibus hominibus in corpore. Secūdo ſapiencior
Tercio pulchrior qui diu ſine vxore vixit tandem venerunt amici
eius ad eum et dixerūt domine bonū eſt vxorem ducere et prolem
generare quia nō eſt bonū ſine vxore ſtare. At ille. Kariſſimi vobis
conſtat ꝙ ſatis diues et potens ſum ego ideo diuicijs nō indigeo.
Ite ergo ꝑ regna et caſtra et michi virginē ſpecioſam ac prudentē
q̄rite. Et ſi iſta duo in aliqua īueneritis. licet paupercula eam in
vxorē habebo. Perrexerūt illi per regna et caſtra et tādem puellā
nimis pulchrā ac prudentem inuenerūt de ſanguine regum et eius
virtutes regi denunciauerūt. Rex volebat eiꝰ ſapienciā experiri.
Preconē vocauit et ait ei. Kariſſime tibi trado pānū lineū habēs
in lōgitudine et latitudine tres pollices vade ad puellā et ex parte
mei eā ſaluta et trade ei iſtū pannū de quo ſcd̄m ſapienciā ſuā faciat
michi ſatis longā et latā camiſiā pro corpore meo et ſi hoc fecerit
cōiunx mea erit. Perrexit nuncius ad virginē et eam ex ꝑte regis
ſalutauit dixitq̄ ei. Ecce pānus lineus habens tm̄ in longitudine
et latitudine tres pollices ſi camiſiā ſufficientem de iſto pāno pro
corpore eius poteris operari te ī vxorē habebit. At illa. Quō fiet
iſtud ex quo nō ſūt niſi tres pollices ī lōgitudīe et latitudīe et inde
camiſiā ei facere eſſet īpoſſibile. Verūptn̄ michi vas cōcedat ī quo
opari potero et camiſiā ſatis longā ei ꝓmitto. Nūcius ē reuerſus
denūcianſq̄ regi de virginis r̄nſione ſtatī rex vas debitū et p̄cioſū
ei miſit. Illa uero de tā ꝑua quātitate in eodē vaſe opata ē camiſiā
ſatis ſufficient ꝓ corpore ſuo. Ille hoc uidēs ſtatī eā in uxorē duxit.

Kariſſimi rex iſte eſt deus ipſe potens ac diues. Puella gene
roſa de ſtirpe regū beata virgo maria mater dei et hoīs eſt

que fuit pulchra generoſa q̄a gracia plena. Nūcius miſſus gabriel archangelus qui eā ex parte dei ſalutauit dicens ei. Aue grā plena Pānus miſſus. ſpiritus ſancti operatio in ea quia anteq̄ꝫ nata fuit ſanctificata fuit habenſqꝫ tres pollices. i. in cōceptione filij ſui erat potencia patris: ſapientia filij: clementia ſpiritus ſancti. De quibꝰ queſiuit vas id eſt vterum ſuū ſanctificatū in vtero matris ſue in q̊ fecit camiſiā id eſt hūanitatē que quidem hūanitas erat in ea opata Hec videns pr̄ celeſtis eam reginā in celo coronauit vbi pro nobis interpellat et filius patrem. Juxta verba beati bernardi. O homo ſecurum acceſſum habes ad deum ꝛc̄.

REx quidā ſemel de ciuitate in aliā tranſitū fecerat. ad quādā crucem venit in qua erat ex omni parte ſcriptū. Ex vna pte erat ī ea ſcriptū. O rex ſi per iſtā viā equitaueris. pro corpore tuo bonū hoſpiciū habebis. Sed equo tuo male miniſtrabitur. Ex alia parte crucis erat ſcriptū. Si per viā iſtam equitas. inuenies hoſpiciū in quo equus tuus ſatis laute habebit ſed tu male miniſtrabis. Ex tercia parte erat ſcriptū. ſi per viā iſtā ābulaueris. tu et equus tuus ſatis habebūt. ſed anteq̄ꝫ recedis egregie eris verberatus. Ex parte quarta erat ſcriptū. Si per viā iſtā ābulaueris laute vobis miniſtrat̄. ſed equū tuū ibi dimittes et tūc te oportebit pedibꝰ ambulare. Rex cum oīa iſta perlegiſſet admirabat̄ ītra ſe et cogitabat quam viā equitare vellet. Ait ītra ſe. Primā viam volo eligere q̇a bene erit michi. et male equo nox vna cito tranſibit ꝑcuſſit equum cum calcaribꝰ et ad q̇ddam caſtrū venit in quo erat miles. qui eum benigne recepit ac laute miniſtrabat. Sed equꝰ pax aut nichil habebat. mane vero ſurrexit. ad palacium ſuū eq̄tauit. omnia geſta que viderat narrauit.

¶ Morralizacio.

KAriſſimi iſte īperator poteſt dici quilibet bonus criſtianus q̇ habꝫ circa ſalutē anime ſue equitare. Equus qui eū portat eſt corpus ex quatuor elemētis cōpoſitum. Crux que ſtat in medio vie eſt cōſciencia tua in mod̄ crucis extēſa. Vna pars vt ad bonum te prouocet. altera vt cōtra malū fortiter pugnes. Unde ſi ābulaueris in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

q̃ bene erit tibi et male equo tuo optime facis. Kariſſimi iſta via
eſt via penitencie. hoſpicium ſancta mater eccleſia in qua bene tibi
erit in anima. ſed oportet vt equus tuus ſcilicet caro tua penitēcie
ſubiaceat qui ergo ꝑ iſtam viā ambulauerit ſapienter facit. Alia
eſt via in qua īuenies hoſpiciū in quo equꝰ tuus ſatis laute habe
bit. ſꝫ male miniſtrabit̃ tibi. Via iſta eſt via guloſa et luxurioſa q̄
hoſpiciū ſuſcipiūt ī voluptate carnis de quibꝰ apoſtolus ait. Quoꝝ
deus venter eſt et gloria in cōfuſione ipſorū. In iſto hoſpicio anima
erit peſſime miniſtrata. Alia eſt via vbi equus tuus laute habebit
via iſta eſt cupidi et auari qui laute hic volunt viuere parua opera
meritoria perpetrare. ſed cum mors eum ab hoſpicio huius mundi
expellit tunc anima poſt mortem in inferno egregie verberabitur
Quarta eſt via per quā ſi ābules bene tibi erit. ſed equū amittes
Via iſta ē via boni religioſi qui de oībꝰ quantū ad victū et veſtitū
eſt cōtentus equū amittit ſcilicet oēs cōcupiſcēcias carnales propt̃
deum et mūdi vanitates. Et ideo dicit ſaluator qui ꝑdiderit animā
ſuam propter me ꝛc. Qui reliquerit patrem aut matrē ꝛc. centuplū
accipiet et poſt hanc vitā. eternam vitam poſſidebit.

Quidam rex regnauit qui pulchrā filiam habebat quā multū
dilexerat que poſt deceſſū regis regnū occupauit quia vnica
eſt relicta. Hoc audiens quidā dux tyrannus ad eam venit multa
ei promiſit ſi ei conſentiret. Illa vero ſeducta ꝑ eum eſt et deflorata
Facta defloracione fleuit amare. Tyrannus vero eam ab hereditate
ſua expulit. Illa vero ſic expulſa gemitus et ſuſpiria emittebat et ī
via publica cūctis diebus ſedebat vt a trāſeuntibꝰ elemoſinā pete
ret: Cum vna die ſic flendo ſediſſet quidam miles generoſus iuxta
eam equitando venit videns eiꝰ pulchritudinē captus eſt in oculis
eiꝰ et ait. Kariſſima q̃lis es? Et illa. Filia regis ſum vnica et poſt
patris mei deceſſum iure hereditario regnū habui ſed ꝑ quendā
tyrannū fui ſeducta et ab eo deflorata et poſt hec priuauit me here
ditate mea. Ait miles vtrum tibi placet eſſe ſponſa mea? Que ait.
Etiā dn̄e. Hoc deſidero ante omnia. Qui ait. Fidem tuā michi trade

ꝙ nullū aliū accipies ꝑter me et ego cōtra tyrānū iſtum faciā bellū
et terrā tuā acquiram. Si vero ī bello mortuus fuero et hereditatē
tibi acquiro nichil aliud peto niſi ꝙ arma mea ſanguinolēta tecū
cuſtodies in ſignū amoris. Si vero aliquis veniat vt in vxorem te
ducat. cameram tuam intres in qua arma pendent et illa diligēter
reſpicias et memoriam habeas quomodo propter tui amorē vitā
meam amiſi. At illa domine firmiter hoc promitto. Sed abſit vt
in bello vitam amittas. Armauit ſe et contra tyrannum perrexit.
Audiens hoc dux toto conamine ſe cōtra eum oppoſuit et adinuicē
pugnabant. Miles victoriā obtinuit caput tyranni āputauit tamē
ī bello vulnus mortis recepit et hereditatē puelle queſiuit et tercia
die eſt defunctꝰ. Puella per dies multos mortē eius planxit arma
eiꝰ ſāguinolēta pēdebat ī camera. et ſepiꝰ viſitauit ea et quociēs
ea vidit amare fleuit. Multi nobiles ad eā venerūt vt eā ī cōiugē
haberēt et multa ꝓmiſerūt. ſed ātequā alicui reſpōſum daret camerā
ītrauit vt arma diligēter reſpiceret et dixit. O dn̄e pro meo amore
mortuꝰ es. hereditatē meā michi reſtituiſti. abſit hͦ a me vt alteri
cōſentirē. Deinde foras exiuit et dixit. Votū deo voui nunquā viro
copulari. Illi hec audiētes receſſerūt et ſic toto tempore vite ſue
remanſit in caſtitate.

¶ Moralizacio.

Kariſſimi rex iſte eſt pater celeſtis filia tā pulchra eſt aīa ad
dei ſimilitudinē creata. cui regnū paradiſi dabat̃. ſed per ſug
geſtionē ducis ideſt dyaboli illud amiſit et ē deflorata qñ de pomo
cōmedit. Deīn ſedebat in platea. hoc ē in mūdo. Vnde ī ſudore vultꝰ
tui ꝛc. Que a trāſeūtibꝰ elemoſinā petebat ideſt a quatuor elemētis
graciā dei exſpectabat. Miles qui iuxta eā equitabat erat filiꝰ dei. q̄
ī equo humanitatis mundū ītrauit et humano generi cōpaciebat̃.
Tu homo firmiter ī baptiſmo ꝓmiſiſti. nullū virū ꝑter eum accipe
et ideo armauit ſe armis humanitatis et bellū cōtra dyabolū pro te
dedit victoriā optinuit. tamē vulnꝰ mortis pro te accepit et noſtrā
hereditatē nobis acquiſiuit. Fac ergo tu ſicut fecit puella arma ſāgui
nolenta in camera cordis tui habeas ideſt ſemꝑ memoriam recentē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

de criſti paſſione quã pro te ſuſtinuit in cruce. Et ſi venerint aliq̃ temptationes ꝑ dyabolũ mundũ aut carnẽ curre ad criſti paſſionẽ et recole quomodo pro tuo amore mortem ſuſtinuit in cruce et ſic temptationes ſuperabis et vitam eternã obtinebis.

Maximianꝰ regnauit prudens. In cuiꝰ regno erãt duo milites Vnus ſapiens alter ſtultus q̇ mutuo ſe dilexerũt. Ait ei ſapiens. Nũquid tibi placet. vnã conuencionem mecum ponere et erit nobis vtile? At ille michi bene placet. Qui ait. Sanguinem q̇libet de brachio dextero emittamꝰ. Ego tuum ſãguinẽ bibã et tu meum ĩ signũ ꝙ nullus aliũ dimittet nec in ꝓſperitate nec ĩ aduerſitate et q̃tq̇d vnꝰ lucratus fuerit alius dimidietatẽ habeat. Ait ille. Michi optime placet. Statim cum ſanguinẽ traxiſſent ambo ſanguinẽ alterius biberunt. Hoc facto in vna domo remanſerũt. Rex vero duas ciuitates fecerat vnã in ſũmitate mõtis et ꝙ oẽs ibidem veniẽtes copiã theſauri haberent et ibidem toto tempore ꝑmanerẽt. Ad iſtã ciuitatẽ erat via ſtricta ac lapidioſa et in via tres milites cũ magno exercitu manebant qui omnes per viam illã tranſeuntes oporteret vt cõtra eos pugnarẽt aut omnia cũ vita ſua amittrẽt. In iſta eciã ciuitate rex quẽda ſeneſcallum ordinauit qui omnes indifferenter intrãtes reciperet et ſcd̃m ſtatũ ſuũ et cõditiones laute miniſtraret Aliam ciuitatẽ fecit fieri in valle ſub monte illo ad quã ciuitatem erat via plana ac ad ambulandũ delectabilis tres milites ĩ via iſta iacebant. qui oẽs tranſeũtes gratanter receperunt ac miniſtrabant pro eoꝝ voluntate. In iſta ciuitate quendã ſeneſcallũ ordinauit vt oẽs ciuitatẽ intrantes aut appropinquãtes ĩcarceraret et in aduẽtu iudicis omnes ei preſentaret. Judex vero nulli parceret. Ait miles ſapiens ſocio ſuo. Kariſſime pergamꝰ per mũdũ ſicut ceteri milites et poterimꝰ multa bona acquirere ꝑ que honeſte viuemꝰ. Qui ait Michi bñ placet. Ambo ꝑ quãdã viã prexerũt. Ait ſapiens. Kme ſicut vides h̄ ſũt due vie. Vna ad ciuitatẽ nobiliſſimã dirigit. Si ꝑ vllã illã ꝑgimꝰ ad ciuitatẽ illã ꝑueniẽꝰ in q̃ hẽmꝰ quicq̇d cor nr̃m deſiderat. Alia ẽ via que ducit ad aliã ciuitatẽ q̃ ẽ ĩ valle cõſtructa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Et ſi per eam ambulemus capti erimus et ĭcarcerati ac iudici pre
ſentati et per eum ĭ patibulo ſuſpēſi. Conſulo ergo vt viam iſtam
dimittamus et per aliam ambulemus. Ait miles ſtultus kariſſime
de iſtis duabus ciuitatibus dudū eſt ꝙ audiui ſed via ad ciuitatē
ſuper mōtem eſt ſtricta valde ac periculoſa quia in ea manent tres
milites cum exercitu qui omnes intrantes oppugnant occidunt et
ſpoliant ſed altera via ē ſatis plana. In q̄ ſunt tres milites q̇ om̄s
intrātes benigne recipiūt et oīa neceſſaria miniſtrāt. Et hoc ſatis
aperte video. Et ideo magis oculis meis credo ꝙ̄ tibi. Ait ſapiens
Licet vna via ad ambulandū ſit plana. tamē ducit nos ad obpro
briū ſempiternū. quia erimus ad patibulū. Si per viam ſtrictam
propter pugnā aut latrones times ambulare ē tibi obprobriū pro
perpetuo quia miles es tu. Et militibus incumbit contra hoſtes
pugnare. Aliud eſt. Si mecum volueris per iſtā viā ꝑgere firmiť
promitto ante te ad bellū pergere. et quotq̊t ſūt penetrare ſi velis
me iuuare. At ille. Amen dico tibi. per viam illā nolo pergere ſed
pocius per iſtam. Ait ſapiens. Ex quo fidem meam tibi dedi et in
ſignū fidelitatis ſanguinē tuū bibi ſolū nō derelinquo te ambulare
ſed tecum pergam. Ambo per eandem viam ambulauerūt. Multa
ſolacia ſecundum voluntatem eorum inuenerunt per viam donec
ad hoſpiciū triū militum venerunt qui ſatis honorifice ſūt recepti
ac ſplendide miniſtrati. In qualibet refectione miles ſtult⁹ ſapiēti
dixit. Kariſſime nonne tibi p̄dixi. Ecce quot et quanta habemus
ſolacia in iſta via. De omnibus hÿs in alia via defeciſſemus. Ille
reſpondit. Si finis bonus ē totum bonum erit quod nō ſpero. Cū
illis militibus per aliqua tempora morā traxerūt. Seneſcallus ciui
tatis audiens ꝙ duo milites cōtra prohibicionē regis ꝓpe ciuitatē
eſſent. ſtatim ſatellites ſuos ibi miſit qui eos caperent et ad ciuita
tē ducerent. Seneſcallus videns vnū ſtultū illum ligatis manib⁹
et pedibus in quandam foueam proici iuſſit et alium incarcerauit
Cum vero iudex ad ciuitatē veniſſet omnes malefactores ciuitatis
in conſpectu eius ſunt preſentati et inter ceteros iſti duos milites

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Ait ſapiens miles coram iudice. Domine de ſocio meo cõqueror q̃a ipſe eſt cauſa mortis mee. Legem iſtius ciuitatis p̄dixi et pericula et nullo mõ volebat dictis meis credere nec acquieſcere et cõſilijs meis adherere. Sed michi rñdit plus credo oculis meis ꝙ̄ dictis tuis. Cũ vero fide ac iuramento adiuicẽ ligati tam in proſperitate ꝙ̄ in aduerſitate eramus. ideo quando ipſum ſolum vidi pergere propter iuramentũ cũ eo ambulaui. et ideo cauſa mortis mee iſte ẽ. Da ergo rectum iudiciũ. Ait alter miles ſtultus iudici. Ipſe cauſa mortis mee ẽ. Cõſtat toti mũdo ꝙ ipſe ẽ ſapiens et ego naturaliter ſtult⁹. Unde ꝑ ſapiẽciã ſuã nõ debuiſſet tã leuiter adherere ſtulticie mee. Sed qñ ſolus ãbulaui ſi ille inſecutus me nõ fuiſſet ego ꝑ viã ꝑ quã volebat ambulare reuerſus fuiſſem et ſecũ ãbulaſſem propẽ iuramentũ qđ ei preſtiti. Et ideo cũ ipſe ſapiẽs ſit ego vero ſtultus ipſe ẽ cauſa mortis mee. Ait iudex ambobus et primo ſapienti. Tu ſapiẽs quia tã leuiter ſtulticie ſue adheſiſti et ſecutus es eũ. Et tu ſtulte quia dictis ſapiẽtis nõ credidiſti ſed ꝓpriã ſtulticiã ꝑpetraſti vos ambos in patibulo ſuſpenſos hodie iudico. Et ſic factũ eſt.

Kariſſimi rex iſte eſt dominus noſter iheſus criſtus duo milites anima et corpus. anima eſt ſapiens corpus eſt ſtultus Iſti duo in baptiſmo confederati ſunt adinuicem ꝙ quilibet ſanguinem alterius biberet. Sanguinẽ alterius bibere eſt quemlibet pro alio in periculo ſe ponere vt ſi caro ſuas voluptates voluerit habere prius debet anima per penitentiam conſumere ꝙ̄ vt caro tali periculo ſe exponat. Si vero anima ꝙ abſit labatur caro debet pro ea ieiunijs et vigilijs pati. Et hoc ẽ ſanguinẽ alterius bibere et nũꝙ̄ aliũ in neceſſitate dimittere. Due vie per quas veniunt ⁊c. Una eſt penitencia alia mundi gloria. Due ciuitates vna in monte hoc eſt celũ ſuꝑ firmamentũ. alia in valle hoc eſt infernũ. Ad celum in via ſtricta ſicut via penitencie et pauci ambulant eã. In iſta via ſunt tres milites ſcilicet dyabolus mundus et caro ꝙ quicũqȝ voluerit ad celum ꝑgere debet cõtra iſtos pugnare. Et per viam penitẽcie ambulare. In iſta ciuitate ẽ quidã ſeneſcallus. ſcȝ de⁹ qui oĩa oib⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ſcd̄m merita ſua affluenter dat. Unde ꝓpheta. In cor hominis non
aſcendit ꝛc. In via verſus infernū ſunt tres milites ſcilicet ſupbia
vite. cōcupiſcentia oculoꝝ. et cōcupiſcentia carnis propter que tria
peccator inuenit corpori ſuo delectabilia pro tempore. Via verſus
infernū eſt plana ad ābulandū. Sed anteq̄ hō percipiat ſeneſcallus
ſcilicet mors emittit exploratores ſcilicet infirmitates qui eum ca
piant qn̄ anima a corpore ſeparatur. Anima interim in īferno īcar
cerabitur corpus ligatur et in ſepultura ponitur. Sed in die iudicij
cum dn̄s apparuerit iudicare viuos et mortuos tunc anima contra
corpus et ecōuerſo corpus contra animā allegabit. et iudex ſcilicet
deꝰ ſentēciā dabit ſi ī peccato inuenti fuerimꝰ ſine dubio ad īfernū
ibimus A quo nos defendat pater et filius et ſpiritus ſanctus.

Gordianus regnauit. In cuius regno erat quidam miles gene
roſus qui pulchrā vxorem habebat que ſub viro ſepius erat
adulterata. Accidit ſemel q̄ maritꝰ ad peregrinandū perrexit. Illa
vero in cōtinenti vocauit amaſiū ſuū. Domina illa quandā ancillā
habebat que cātus auium intellexit. Cum vero amaſius veniret
erant tunc temporis tres galli in curia. Media nocte cum amaſius
iuxta dominā iacuiſſet primus gallus cantare cepit. Domina cum
hoc audiſſet. ait ancille. Dic michi kariſſima quid dicit gallus in
cantu? Illa reſpōdit. Gallus dicit in cātu ſuo q̄ tu facis iniuriam do
mino tuo. Ait domina. Occidatur gallus iſte. Et ſic factū ē. Tempe
debito poſt hec ſecūdus gallus cantat. Ait dn̄a ancille. Quid dicit
gallus in cantu ſuo? ait ācilla. Socius meus mortuus eſt pro verita
te. et ego paratꝰ ſum mori ꝓ eius veritate. Ait dn̄a occidatᷣ gallus
Et ſic factum eſt. Poſt hec tercius gallus cantauit. Domina cū au
diſſet dixit ācille. Quid dicit gallus in cātu ſuo? Illa reſpōdit. Audi
vide tace ſi vis viuere pace. Ait dn̄a. Non occidatᷣ gallus iſte. Et
ſic factum eſt.

Moralizacio.

Kariſſimi imꝑator iſte ē pater celeſtis miles criſtus vxor eius
aīa ei per baptiſmū deſpōſata. Ille qui eā ſeducit ē dyabolꝰ
qui per mūdi fallacias decipit. Unde quociēs peccato conſentimus

adulteramus criſto. Ancilla eſt tua conſciencia que cōtra peccatum murmurat continue hominem ad bonum ſimulat. Primus gallus qui cantauit certe criſtus eſt qui primo cōtra peccatum arguebat. Hoc videntes iudei ipſum occiderunt et ſimiliter nos ipſum occidimus quantum in nobis eſt ꝙ diu in peccatis delectamur. Per ſecundū gallum debemus martires intelligere. Sic erant et alij multi qui viam et doctrinam eius predicauerunt. Ideo pro criſti nomine et veritate necati ſunt. Per tercium gallū qui dixit. Audi vide ⁊c̄. poteſt intelligi predicator qui debet eſſe ſolicitus veritatem pronūciando. Sed diebus iſtis non audet veritatem dicere. Studeamus ergo magis deum timere veritatem pronunciare et ſic ad criſtum qui eſt veritas veniemus.

GAllus regnauit prudens valde qui quendā palaciū cōſtruere volebat. Erat tunc in imperio quidam carpentarius ſubtilis valde cum quo imperator pro palacio conſtruendo conuenit. Tunc temporis erat quidā miles in regno qui pulchrā filiam habebat. videns prudenciā carpentarij intra ſe cogitabat. Filiam meā ei in vxorem dabo quia per ſapienciā ſuā et arte ſatis laute eā promouebit. Vocauit eum et ait ei. Kariſſime pete a me q̊d tibi placuerit et tibi dabo ſi michi ē poſſibile ita vt filiā meā in vxorē accipias At ille. Michi bene placet. Cōuenerunt in vnū. Carpentarius eā in vxorē duxit. Hoc facto mater filie generū ſuū vocauit. et ait ei Fili mi iam filiā meā in vxorē duxiſti. Ecce iſtā camiſiā dabo tibi quā ei ſatis pulchrā oſtendit et ait. Camiſia iſta virtutē habet ꝙ nunꝙ toto tempore vite tue locione indiget nec frangi poteſt nec conſumi nec colorem mutare ꝙdiu inter te et filiam meā ſit amor fidelis. Si vero ꝙ abſit aliquis ex vobis matrimoniū violauerit ſtatim camiſia omnes eius virtutes amittet. Carpentarius hec audiens gauiſus eſt valde camiſiā recepit et ait. O mater ꝙ precioſe iocale michi dediſti iam nullus noſtrum poteſt matrimonium violare quin per camiſiā ſcietur. Poſt hec infra paucos dies carpentarius ad palaciū regis eſt vocatus vt nouū palacium conſtrueret.

Camiſiā ſecū aſſumpſit vxorē in domo dimiſit. cū rege morā traxit
quouſqȝ palaciū completū fuit. Cum in laborādo fuiſſet admirabāť
multi ꝙ camiſia ſua ſemper in candore et mundicia ꝑmanſit et ait
rex ad eum. Magiſter rogo vt dicas michi quomō hoc poterit eſſe
qđ cū in cōtinuīs laboribus ꝑmanes camiſia tua ſine locione et in
mundicia in albedine manet. At ille Scias kariſſime qđ ꝙdiu ego
cum vxore ſumus fideles in amore camiſia mea nō indiget locione
Sed ſi matrimoniū inter nos eēt violatū camiſia ſicut ceteri pāni
locione īdigeret. Miles cū hoc audiſſet ītra ſe cogitabat ſi potero
camiſiā tuā violare faciam. Perrexit ad domum carpentarij ipſo
ignorante vt eius vxorē ad peccatū ſollicitaret. Jlla vero gratāter
eū recepit de amore inordinate eam pulſauit. Que ait. Amor talis
priuatū locū reqrit veni mecū. Jllū in camerā introduxit. Cū autē
ītroduct⁹ fuiſſet illa exiuit hoſtiū clauſit et dixit. ibidem exſpectabis
quouſqȝ tēpus habueris qn̄ te liberare debeo. Domina iſta ſingulis
dieb⁹ eū viſitauit pane et aqua ſuſtētauit. Jlle vero p̄ces dittebat
vt eum dimitteret abire. ſed illa nō cōſenciebat. Poſt hec cito duo
alij milites ad eam venerūt de curia regis quilibet poſt aliū vt eā
corrūperent ſed eius nichil valuit. Jlla in eadem camera eos īcluſit
pane et aqua ſuſtētauit. Per multos dies ibi ſtabāt. De iſtis trib⁹
militibus facta eſt queſtio et cōmocio ī domo regis quo deuenerūt.
Palacio cōſummato carpētarius accepta mercede domū venit vxor
eius nō modicū gaudens. eū honorifice recepit et qͦmodo ſe haberet
diligēter queſiuit. Jlle vero bene per oīa reſpōdit. Jlla vero camiſiā
ſuam reſpexit. videnſqȝ eā ſatis mūdā. ait. Benedictus deus apparet
in iſta camiſia ꝙ inter nos eſt dilectio vera. Qui ait. Kariſſima cū
eſſem in palacio cōſtruēdi. venerūt tres milites vnus poſt aliū et de
camiſia mea q̄ſierūt. quomodo ſine locione manebat ī omni cādore
et eis veritatē retuli. Poſt hoc quo deuenerūt penitus ignoro. De
corū abſencia facta eſt queſtio magna in curia regis. Ait illa. Dn̄e
illi tres milites de quibus fit ſermo ad me venerūt multa michi pro
miſerūt ſi eis cōſentire. ſed nullo modo volebā hoc attēptare. eos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

in camera ꝑuata poſui et hucuſqꝫ pane et aq̄ ſuſtētaui. Carpētariꝰ
hoc audiens gauiſus ē de fidelitate vxoris et milites libere abire
permiſit et ambo vſqꝫ ad finem vite in vero amore permanſerūt.

Moralizacio.

Kariſſimi rex iſte ē pater celeſtis qui palaciū habet cōſtruere
ſcilicet cor humanū bonis virtutibꝰ plenū. In quo palacio
deꝰ delectat̄ ꝑmanere. Iuxta illd. Delicie mee ſūt eſſe cū filijs hoīm.
Miles iſte q̇ habet pulchrā filiā eſt criſtꝰ qui habet aīam ꝓ filia.
Vxor eiꝰ eſt ſancta mater ecclīa. Carpētariꝰ. bonꝰ criſtianꝰ qui iſtā
filiā in vxorē cum camiſia accepit. Camiſia iſta eſt fides nrā q̄a vt
ait apoſtolꝰ. Sine fide īpoſſibile eſt placere deo. q̄ diu manet hō in
hac vita in ſanctitate. tam diu fides nō violat̄. Quid ergo ſequit̄.
Certe vt erigas palaciū ſcilicet cor mūdū per opa mie. Milites
qui ſūt ſupbia vite cōcupiſcēcia oculoꝝ et cōcupiſcēcia carnis. Iſtos
tres milites cōcludere debes ī camera penitēcie q̊uſqꝫ mercedē eter
nā a rege eterno accipies. Qd nobis cōcedat dn̄s iheſus criſtꝰ ꝛc.

Quidam rex erat qui filiā pulchrā habebat et prudentē quam
pater viro tradere volebat. Illa vero votum deo fecerat ꝙ
nūq̄ꝙ virū acciperet quouſqꝫ tria ꝑpetraret. Primū erat ꝙ veracit̄
diceret. quot pedes in lōgitudine et latitudine ac ꝓfūditate q̄tuor
elemētorū eſſent. Secūdo ꝙ vētū ab aq̄lone mutaret. Terciū ꝙ
ignē ī gremio ſine leſione iuxta carnē portaret. Rex cū hec audiſſꝫ
fecit iſta tria ꝑ totū regnū promulgari. et ſi quis ſine defectu ꝑpe
traret filiā eiꝰ in vxorē haberet. Multi venerūt ſꝫ defecerūt. Erat
quidā miles in partibꝰ lōginquis qui cū de voto puelle audiret ad
palaciū regis veīt ducēſqꝫ ſecū famulū vnū et equū vnū furibūdū
corā rege intrauit et ait. Dn̄e mi rex. filiā tuā peto ī vxorē. q̄a patꝰ
ſū iſta tria ꝓmulgata ſoluere. Ait rex michi bn̄ placet. Miles vero
famulū ſuū vocauit et ait ei. In terra iaceas. Cū vero ſic iaceret.
miles a capite vſqꝫ ad pedes mēſurauit. Hoc facto ait regi. ecce dn̄e
in q̄tuor elemētis vix vltra ſeptē pedes īuenio. Ait rex. Quid ħ ad
q̄tuor elemēta? Et ille. Dn̄e q̄libꝫ hō et oē aīal ex quatuor elemētis

cōponitur. Et ſic per famulū quatuor elemēta menſuraui. Ait rex.
Amen dico tibi ſatis clare probaſti. Jam ad ſecundum procedamus
Muta ventū ⁊c. Ille ſtatim equum furibundū adduci fecit. cui poci
onem ad guſtandū dedit de cuius pocione factus eſt totaliter ſanus
Hoc facto caput eq̄ in oriente ponebat et ait. Ecce domine ventus
eſt mutatus ab aquilone in orientē. Ait rex. Quid eſt hoc ad vētū
Ait ille. Nōne conſtat veſtre prudencie ꝙ vita cuiuſlibet animalis
non eſt niſi ventus: Quādiu equus paciebat̄ malum tamdiu erat ī
aquilone. Sed iam ex virtute pocionis ſanꝯ factus eſt et caput eiꝯ
ad orientem poſui vt ſit paratus eſſe onus portare. Ait rex. Satis
clare probaſti. Jam ad tercium procedamꝯ At ille. Domine paratꝯ
ſum corā omnibꝯ adimplere. Manus ſuas prunis ardentibꝯ adim
pleuit et ī ſinu poſuit. Et caro eiꝯ nequaꝙ̄ eſt leſa. Ait rex. Satis
bene duo alia ꝓbaſti. Sed dic michi quomō verlebe non ledunt te
At ille. Nō ē hoc ex virtute mea ſed ex virtute lapidis quē mecum
cōtinue porto. Quicumq̄ȝ illum lapidem ſecum in loco mundo porta
uerit numꝙ̄ ab igne ledi poterit. Ecce lapis et lapidem corā ōnibꝯ
oſtendit. Ait rex. Probabiliter iſta tria ꝓbaſti nupcias ordinauit
filiam ſuam cum diuicijs multus ei dedit in coniugem et ambo in
vita bona dies ſuos finierunt. ¶ Moralizacio.

Kariſſimi rex iſte ē dominus noſter iheſus criſtus filia tam
pulchra anima ad dei ſimilitudinē creata que deo ī baptiſmo
votū fecerat ꝙ nūquā viro coniūgeret̄ niſi tria ꝑpetraret. Primū
eſt ꝙ mēſuraret ⁊c. hoc ē famulū tuū ideſt carnē tuā mēſurare debes
quātū deliquit et pro omni delicto penā agere elementa mēſurare
ſcȝ carnē tuā domare. Secūdū eſt ventū mutare ⁊c. hoc eſt vitā tuā
corrigere. equus furioſus eſt peccator qui ī peccatis ꝑmanet vnde
oportet ei pocionē dare ſcilicet vt cōtricionē habeat in corde. con
feſſionē in ore. ſatiſfactionē ī opere. Et hoc eſt ventū mutare. vnde
Job tāquā ventus ē vita mea. Terciū eſt ignē ſine leſione portare
Ignis iſte eſt ignis luxurie. auaricie. ſuperbie qui ſepe animam et
corpus cōſumūt. ſed ſi deſideras vt ignis iſte te nō ledat oportet vt

[h]
8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

lapidem in loculo ſcilicet dñm noſtrũ ihesum criſtũ in corde habeas
per opera meritoria et ſi munde portaueris nunq̄ ignis alicuius
peccati ledet te. et ꝑ cõſequens vitam eternã obtinebis.

REx erat qui magnũ cõuiuiũ fecerat deinde per totum regnũ
precones deſtinabat vt preconizarent cõuiuiũ videlicet. Vt
oẽs cui⁹cũq; coditionis ad cõuiuiũ venirẽt et nõ tm̃ cõuiuiũ bonũ
haberẽt. ſed et diuicias ĩfinitas obtinerẽt. Cũ autẽ ꝑcones ꝑ regna
et caſtra ambularẽt. ꝑceptũ regis ꝓmulgando erãt tñ duo hoĩes in
vna ciuitate manẽtes vn⁹ fuit fortis et robuſtus ſed tamẽ cecus.
Alter claud⁹ et debilis ſed optĩe viderat. Dixit cecus claudo. Rme
heu nobis duob⁹ ꝑ totũ regnũ diuulgatũ ẽ ꝙ rex tali tꝑe optimũ
conuiuiũ tenebit. Ad q̇d cõuiuiũ non tm̃ quilibet habebit cibaria
pro ſua volũtate ſed diuicias magnas recipiet. Tu vero es claud⁹
ego vero cecus et ergo ad illud cõuiuiũ nõ poterim⁹ accedere. Ait
claudus. Si conſiliũ meũ feceris ambo ibidem veniem⁹ et diuicias
et cõuiuiũ ſicut ceteri obtinebim⁹. Reſpondit cecus omne conſiliũ
q̇d ẽ nobis vtile ſum paratus adimplere. Ait claudus. Tu es fortis
et robuſtus in corpore ego vero debilis. quia claudus. Me ſuper
dorſum tuũ portabis. ego vero tibi viã dirigã. qꝛ ſatis clare video
et ſic ambo ad cõuiuiũ veniem⁹ et mercedẽ ſicut ceteri obtinebim⁹
Ait cecus. Amẽ dico tibi optimũ conſiliũ eſt. ſtatim aſcẽde dorſum
meũ. et ſic factũ ẽ. Claudus viã ei oſtẽdit et ipſe eũ portauit et ſic
ambo ad cõuiuiũ venerũt et diuicias inter alios receperunt.

KAriſſimi iſte rex eſt dñs noſter ihesus criſtus qui pro omnib⁹
nobis conuiuiũ eternũ preparauit. Juxta illud. Erat quidã
homo q̇ fecit cenã magnã ꝛc. Ad illud conuiuiũ multi ſunt vocati
et qui ibidem accedet diuicias eternas poſſidebit. Cecus iſte eſt qui
libet diues ac potẽs huius ſeculi qui fortis eſt et potẽs in corpore
ideſt diuicijs et mundi potentia Vnde ceci ſunt quantum ad uitã
eternam. Ignorant ea que ſunt ſalutis ſicut talpa bene uidet ſub
terra et hẽt multa diuerticula ſed ſupra cecus efficit̃ nec ſcit ſeipſũ
iuuare. Sic et diuites ſatis clare vident ĩ tẽporalib⁹ et ceci ſunt ĩ

ſpiritualibus. Claudus vero eſt bonus religioſus qui claudicat in
vtroqꝫ pede. ſcꝫ nichil in cōmuni aut in ꝓprio poſſidet. tñ vidꝫ talis
ſatis clare viam verſus conuiuiū eternum. Si ergo vos diuites ac
mundi potentes intenditis ad illud cōuiuiū accedere et ꝑmia ibidē
accipere neceſſe vobis erit religioſos ac ceteros pauperes ſuper
dorſa veſtra portare. Sed diligenter eſt aduertendū quādo diuites
debent portare paupes. Certe elemoſinas eis dando et ī eoꝝ neceſſi
tatib⁹ ſubueniendo hoc ē pauperes portare et fideliter viris eccle
ſiaſticis decimas dare. Si ſic feceritis. nos viri religioſi tenemur
vobis viam ſalutis oſtendere quomō poteritis ad vitam eternam
ꝑuenire. Precones qui illud cōuiuiū clamabant ſunt ſacre pagine
doctores ſcꝫ doctores ꝑdicatores et cōfeſſores qui hn̄t nos īſtruere
publice et priuatī quō ad eternū cōuiuiū poterimus ꝑuenire.

Legitur de quodā rege. qui filiū vnicū habebat. Quē multū
dilexit ac tenerrime nutriuit. Cum autē puer ad etatē legit
timā ꝑueniſſet de die in diem regē impulſabat vt regnū ei dimitte
ret eo ꝙ impotens eſſet et ipſe potens. Rex vero ait. Kariſſime ſi
ſecurus eſſem ꝙ me beniuole et cum honore tractares toto tempore
vite tue tibi illud cōcederem et omnē humanitatē. quā pater tenet
filio tibi preſtarē. At ille. Dn̄e coram ſatrapis et nobilibus imperij
iuramentū preſtabo ꝙ nullum defectum habebitis ſed in maiori ho
nore ꝙ̄ meipſum vos habeo. Rex vero credens dictis eius regnū ei
dedit et nichil ſibi ipſi retinuit. Cum vero coronatus eſſet et ī ſolio
poſitus vltra ꝙ̄ credi poteſt cor eius eſt eleuatū. Per aliquos ānos
patrē ſuum ī honore habebat et poſt hoc honorē nec aliqua bona
ei dedit. Ille vero cepit ſapientib⁹ regni cōqueri ꝙ eius fili⁹ pactū
nō tenebat. Sapientes vero qui ſemper eum dilexerunt regē argu
ebant ꝙ male patrem ſuum tractaſſet. Rex hoc audiens furore re
pletus patrē ſuum in quodā caſtro incluſit vbi nullus acceſſum ha
bere poterat ad eum. In quo loco famem et multas miſerias pacie
batur. Accidit eodem tempore ꝙ rex in eodem caſtello ꝑnoctabat.
Pater vero ad eū acceſſit et ait. O fili miſerere patri tuo ſeni qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

te genuit et oīa dedit. In hoc loco famē et ſiti pacior. Jam ſum in graui infirmitate poſitus et hauſtus vini me confortaret. Ait rex Ignoro ſi ſunt vina in caſtro iſto. At ille. Ymmo fili quinq̧ dolia vini ſine ſcitu veſtro ſeneſcallus hui⁹ caſtri habet et nō audet pfo rare ea et michi hauſtū dare. Rogo te ergo fili des michi de primo dolio. ait. Non faciā quia muſtum eſt nec valet pro ſenib⁹. at ille dixit. Des michi ergo de ſecundo dolio. Qui ait. Hoc non faciam h̄ ꝑ corpori meo cuſtodiā et ꝑ iuueib⁹ q̇ mecū ſunt. at ille. Des ergo michi de tercio. Qui ait. nō faciā. Quia vinū forte ē et tu es debil̄ et īfirmus poſſet eſſe cauſa mortis tue. ait ille des michi de quarto dolio. Qui ait nō faciā qꝛ nimis vetus et acetoſum ē et non multū valꝫ et p̄cipue ꝑ cōplexiōe tua. Ait pr̄ fili des ergo michi de quīto dolio. at ille. abſit a me qꝛ feces ſunt. Satrape regni m̄ īponerent ꝙ te occidiſſem ſi feces tibi dediſſem. Pat̄ h̄ audiens ab eo triſtis receſſit et ſtatī occulte ſatrapis regni litterā ſcripſit quō fili⁹ ei⁹ eū tractabat et ꝑpter deū eū a tali miſeria ſubleuarēt. Satrape oēs ei cōpaciebant̄ et ſtatī regimē receperūt et patrē ſicut ꝑus regē cōſti tuerūt. Filiū ſuū in carcerē poſuerūt. vbi ꝑpter miſeriā defūctus ē

Kariſſimi rex iſte eſt dn̄s noſter ihesus criſtus. Filius quilibꝫ criſtian⁹ quē tenerrime diligit. q̄ꝺiu homo ī puritate vite manet. Oīa homini dedit que homo habet. et ipſe factus eſt paup̄ ſcd̄m ꝙ teſtat̄ ſcriptura. Vulpes foueā habēt ꝛc̄. Sed cotidie criſt⁹ famem et ſitim patitur. Hoc eſt in ſuis membris ſcꝫ pauperibus et debilibus. Unde ſcriptū eſt. Qd̄ vni ex minimis meis feciſtis. michi feciſtis. Et cum deus petit a vobis hauſtum vini de primo dolio. Do lium illud eſt puericia noſtra quā deus a nobis requirit. vt ei ſer uiamus in puericia. Puer vero malus reſpondet. Muſtum hoc eſt puer ſum. Non poſſum ieiunare orare. in dei ſeruicio vigilare. De mū deus a nobis requirit vt demus ei de ſecundo dolio. Reſpon dit malus filius. non poſſum dare iuuentutem meam deo ſeruiendo quia tunc mundus deridet me. Ecce ille iuuenis ſtultus homo non vult conuerſari cum hominibus. Et ſic iuuentutem meam mecum

retinebo. comedendo bibendo mundo ſeruiendo. Demū deus reqͥrit
a nobis de tercio dolio. Reſpondet malus filius vinū ferratū ē. hoc
eſt iam ſum in fortitudine mea ſi penitentiā facerē fortitudinē meā
diminuerem. Ad bella et ad haſtiludia volo accedere ea que mūdi
ſunt exercere. poſt fortitudinē penitenciā agere volo. Deus videns
ꝙ de iſtis tribꝰ dolijs nichil pōt hr̄e. querit de quarto dolio hauſtū
vnū. Reſpondet malus filius. Vinū nimis vetus et acetoſum ē. hoc
eſt dictum. Jam ſum ſenex iam non poſſum ieiunare vigilare. quia
natura mea eſt debilis. Demū deus q̄rit de quinto dolio vnū hauſtū
Reſpondet malus filius feces ſunt. Hoc eſt dictum heu michi decre
pitus ſum defecit ſalutare meum. Dum bona pōterā facere nō feci.
modo ſum impotēs. et talis ſepe cadit ī deſperationē. Et ſic moritᷣ
homo in miſeria. Contra tales erit querimonia grauis. Et tunc in
die iudicij. deus cum tota curia celeſti ſentenciam dabit: dicens. Ite
maledicti ꝛc.. A qua nos liberare dignetur.

REx quidam erat in ciuitate romana qui ſtatuit ꝙ quilibet
cecus ab imperatore omni āno centū ſolidos haberet. Acci
dit caſus ꝙ .xxiiij. ſocij ad ciuitatē venerunt. et quandā tabernam
intrabāt propter potationē. Iſti eni per ſeptē dies ſtabant bibēdo
comedendo. deinde cum volebant cū tabernario cōputare quitquit
in pecunia habebant tabernario dederunt. Ait ille. Certe kariſſimi
adhuc deficiunt. c. ſolidi. Amē dico vobis nō exibitis donec vltimū
quadrantē michi dederitis vel ſolueritis. Illi hoc audiētes adiuicē
dixerunt. Quid faciemus? Non habemus vnde poterimus ſoluere
Ait vnus dabo vobis ſanum cōſiliū. Per imperatorē lex eſt edita
ꝙ quicūqꝫ eſt cecus. c. ſolidis de eius theſauro obtinebit. Ponamꝰ
inter nos ſortes. et ſup̄ quē ſors cadit eius oculos eruamus et tūc
ille ad palaciū poterit accedere et. c. ſolidos obtinere et nos om̄es
acquitare. At illi. Optimū eſt cōſilium. Inter ſe miſerunt ſortem et
ſup̄ illum qui conſiliū dederat cecidit. Statim excecabant eum et
duxerūt eum ad palaciū et pulſabat ad ianuā. Janitor cauſam pul
ſacionis queſiuit. At illi. Ecce eſt vnus cecus qui beneficiū legis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

petit. ait ianitor. Seneſcallo hoc dicā. Acceſſit ad ſeneſcallū et ait
ſtat vnus cecus ad portā qui beneficiū legis petit. At ille. Vadā
ad eū et eū videbo. Cū autē cecū vidiſſet eum intime reſpexit quē
cū conſideraſſet ait ei. Kariſſime quid petis? Et ille. Centū ſolidos
ſcd̄m legē. Qui ait. Amen dico tibi heſterna die vidi te in taberna
et duos oculos ſatis claros habentē tu male legē intelligis. Lex eſt
edita ꝙ quicūq̧ fuerit ex infirmitate vel ex caſu aliquo cec⁹ cōtra
quē caſum non poterat ſe defendere talis beneficiū legis obtinebit
Sed tu voluntarie oculos tuos in taberna bibiſti et cōſiliū dediſti
vt cecatus eſſes. Quere ergo ibidem ſolaciū quia hic nullū obulū
obtinebis. Ille vero audiens cum confuſione receſſit.

¶ Moralizacio.

Kariſſimi talis eſt lex dei ꝙ quicūq̧ ignorāter aut ex infirmi
tate peccauerit aut temptatione dyabolica. ſi contritus et cō
feſſus fuerit. Iuxta illud. In quacūq̧ hora peccator ꝛc̄. deus ſibi re
mittet. Quilibet peccator ī ꝓtū peccator ē cecus. Si vero aliq̄s ex
pura malicia ſine cauſa peccauerit et poſtea ī deſperationē inciderit
vix aut nūq̄ ei remittet. Tabernarius ē dyabolus qui oēs tales
ad tabernā infernalē recipit qui ſic deſcendūt. Et ideo ſtudeam⁹ ꝛc̄.

ERat quidā rex qui filiū tātū vnicū habebat quē tenerrime
dilexit. Rex iſte vnū pomū aureum fieri fecit in ſumptibus
magnis. Pomo fabricato. rex vſq̧ ad mortem īfirmabat. Vocauit
filium ſuū et ait. Kariſſime non potero de iſta infirmitate euadere.
Sub bn̄dictōne mea poſt meum deceſſum. vade per regnū et caſtra
et pomū aureū q̄d feci tolle tecū. et q̄d magis ſtultū īueneris pomū
illud ex parte mea dabis. Filius vero fideliter adimplere promiſit
Rex vero vertebat ſe ad parietē. et emiſit ſpiritū. Filius vero ſatis
honorifice eum tradidit ſepulture. Poſt ſepulturam ſtatim pomum
accepit et per diuerſa regna et caſtra ambulauit multos ſtultos in
uenit et vidit. tamen nulli eorum pomū dedit. Deinde perrexit ad
quotdam regnū et ad ciuitatem principalem illius regni acceſſit.
Per mediū ciuitatis regem equitantem cū magno apparatu vidit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Condiciones illius regni a quibuſdã ciuib⁹ queſiuit. At illi dixe
runt eis. Conſuetudo illius regni eſt talis ꝙ numq̄ rex inter nos
regnabit niſi vno anno. Finito anno in exilium ponetur. vbi mala
morte finietur. Filius regis hec audiens. intra ſe cogitabat. Jam
inueni quem diu queſiui. Acceſſit ad regem et flexis genibus eum
ſalutauit. et ait. Aue rex. Pater meus defunctus eſt et iſtud pomum
aureũ ĩ teſtamentũ vobis legauit. Rex vero pomũ accepit et ait ei
Kariſſime qͦmodo poteſt h° eſſe? Rex nũq̄ me vidit nec aliqd boni
patri tuo feci. Quare ergo tam precioſum iocale michi dedit? Ait ille
Domine mi rex. pater meus non plus tibi q̄ alteri pomum legauit
Sed ſub benedictione ſua michi precepit maiori ſtulto dare quē
potero inueniri. Et ſine dubio circuiui multa regna et caſtra et nõ
inueni tam magnum ſtultũ et infatuatum q̄ vos. Ideo ex precepto
patris mei vobis pomũ dedi. Ait rex. Rogo vt michi dicas quare
me tantũ ſtultum reputas. At ille. Ecce domine oſtendã tibi clare
Eſt conſuetudo iſtius regni tantũ ꝑ annũ regnare. et in fine anni
omni honore et diuicijs priuari et in exiliũ poni. vbi mala morte
morietur. Amen dico tibi. concludo ex dictis meis ꝙ in toto mũdo
non eſt tantus ſtultus ſicut vos ꝙ tã breue tempus regnare debetis
et poſt hoc tam miſerabiliter vitam finire. Reſpondit rex. Sine du
bio omnia vera ſunt que modo michi dixiſtis. Et ideo dum adhuc
fuero in mea poteſtate. in preſenti anno bona infinita mittam ante
me in exiliũ. Vt dum ibi venero de bonis illis viuam q̄diu vixero
Et ſic factũ eſt. In fine anni regno eſt priuatus et in exiliũ poſit⁹
ibi per multos annos de bonis illis vixit et vitam in pace finiuit.

Moraliſacio.

Kariſſimi rex iſte ẽ deus qui legauit pomũ aureũ ſtultis. Per
pomũ rotundũ intelligit᷑ mundus iſte quem deus dat fatuis
qui magis mundũ et ea que in mundo ſunt appetunt q̄ deum. Rex
qui per vnũ annũ regnauit poteſt dici quilibet homo ĩ hoc mundo
exiſtens qui licet centũ annis viuet eſt tñ quaſi vna hora reſpectu
vite future. Et tamen nõ deſiſtit miſer homo die ac nocte laborare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

et poſt mortem in exiliū id eſt infernū poni ſi cum peccato mortali diſcedat vbi mala infinita inueniet. Et pauci ſunt q̄ de iſto exilio cogitant. Faciamꝰ ergo ſicut fecit ille rex dū ſumꝰ in noſtra ptāte In hac vita ante nos mittamus opera mīe. elemoſinas largas ppetrare orationes et ieiunia facere vt poſt hanc vitā paradiſum poterimꝰ intrare et ſine dubio ibi inuenimꝰ opa nr̄a meritoria q̄ fecimꝰ in hac vita et ſic regnabimꝰ ibi cum gloria ad quā nos perducat.

Olim erat quidā rex qui tres filias pulchras habebat quas tribus ducibus maritauit. Omnes illi tres duces vno anno mortui ſunt. Rex hoc audiens volebat filias ſuas iterato maritare Vocauit primā filiam et ait. Kariſſima vir tuus mortuus eſt dabo te alteri viro. At illa. Nullo modo hoc attemptabo. Et hec ē racio mea. Si deberē alterū virū accipere oporteret vt eum tm̄ diligerē ſicut primū virū aut plus aut minus diligere hoc non poteſt ſtare quia primꝰ virginitatē habebat ergo non tantū deceo eū diligere Si vero plus hoc eſſet magis malū. Si vero minus nō eſſet bona dilectio inter nos. quare concludo ꝙ nullo modo volo aliū virum accipere. Rex hoc audiens vocauit ſecundā filiā et ait. Kariſſima vir tuus defunctus ē. copulabo te alteri viro. At illa. Dn̄e nullo mō hoc attēptabo. Quia ſi virū aliū acciperē. reciperē eum aut ꝓpter diuicias aut fortitudinē aut pulchritudinē. Nō ꝓpter diuicias qꝛ habūdo. Nō propter fortitudinē qꝛ amicos habeo qui me defendunt Nō propter pulchritudinē qꝛ michi videbat̄ ꝙ vir meus oīm erat pulchrior in vniuerſo mūdo. q̄re cōcludo ꝙ nullo modo virū aliū accipere volo. Rex h̄ audiens vocauit terciā filiā et ait. Kr̄ma vir tuus mortuus ē volo te alteri viro copulari. At illa. Nullo modo h̄ attēptare volo. Quia ſi aliū uirū acciperē ille me recipet aut ꝓpter pulchritudinē aut diuicias. Non ꝓpter pulchritudinē. qꝛ non ſum pulchra. Ergo ꝓpter diuicias me recipet. Et ſi ꝓpter diuicias nūꝙ poſſet eſſe uerus amor. qꝛ deſtructis diuiciis amor trāſiret. cōcludo ergo ꝙ nullo modo aliū uirū accipere uolo. Itē doctores ſacre ſcripture dicūt ꝙ vir et mulier matrimonio cōiuncti. ſunt unū in corpe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

et duo in aīa. Ergo corpus viri mei eſt corpus meum et ecōuerſo. Ad hoc omni die poſſum ad ſepulchrū accēdere viri mei. Et ibi oſſa eius videre. tāq̄ virum preſentē. Et ideo alium habere nolo. Rex hoc audiens amplius vt virum acciperent non inſtigabat

Kariſſimi rex iſte eſt deus ipſe tres filie anima intelligitur ī qua relucet operacio et ymago trinitatis. Juxta illud gen̄. ij faciamus hominē ad ymaginē et ſimilitudinē noſtrā. ymago vero trinitatis per peccatū p̄mi parentis erat deturpata. et tribus viris tradita ſcilicet diabolo mūdo et carni. Si vero mortuus eſt diabolus per criſti paſſionem. noli amplius talem virū accipere ſed ſemp̄ ſub criſti protectione p̄manere. Si mundus mortuus ē p̄ pauptatē volūtariā. noli amplius alium virum accipere ſed permaneas ſub criſti protectione. Si vero mortua eſt caro per ieiunium. et carnis macerationē. noli amplius virum accipere ſed ſub criſti protectione p̄maneas. Vel aliter poteſt reduci. Rex iſte ē deus. Tres filie tria genera hominū ſcilicet potentes ac diuites hui9 mundi. ſicut ſunt reges ac mundi potentes. ſapientes hui9 mundi. ſicut ſunt iudices temporales. et eccleſiaſtici viri religioſi. perfecti criſtiani. ſicut ſunt qui ī omnib9 diuinis p̄ceptis obediunt. Iſte tres erant in baptiſmo trib9 ducib9 ſcilicet patri per potenciā. filio per ſapientiā. ſpiritui ſancto per clementiā ſociati. Si ergo iſti mortui ſunt ideſt extincti et ablati a te per peccatū tuum nūq̄ alteri labores copulari. ſed cum omni diligentia fac opera miſericordie per que poteris ei recō ſiliari. quia nūq̄ aliquē inuenies qui te tantum diliget. Unde eſt notādū q̄ mulier accipit virum propter quatuor. Quia aut p̄pter diuicias aut propter pulchritudinē aut fortitudinē aut ſapientiā. Si vero vis virum accipere propter diuicias. Certe non inuenies ita diuitē ſicut dominū noſtrum iheſum criſtum quia dominus celi et terre ergo eum teneas et non alium. Si vero velis virū accipere propter fortitudinē curre ad dominū noſtrū iheſum criſtum qui eſt forcior omni homine. Fortis in celo et in terra. In inferno non eſt aliquis q̄ poteſt ei reſiſtere. Ergo illum in virum debes accipere et

nō aliū. Si vero aliquē vis accipere propter pulchritudinē curre ad dominū noſtrū ihesum criſtū qui ē pulchrior omni hoīe. Vn̄ pſ Specioſus forma pre filijs hominū ergo illum debes habere et nō aliū. Si vero aliquē vis accipere propter ſapienciā curre ad dn̄m noſtrū ihesum criſtum quia ipſe eſt ſapiētior oī hoīe. Ad romanos O altitudo diuiciaꝝ ſapiencie et ſcientie dei ꝛc̄. Ergo illum virum accipere debes et non alium.

ACcidit in quadā ciuitate ꝙ erāt duo medici optimi ī omni ſcientia medicinali imbuti qui oēs ad eos veniētes de q̄cūq̧ infirmitate curabant. ita ꝙ penitus populus ignorabat quis eorū eſſet melior. Infra breue tempus erat inter eos contentio quis eoꝝ eſſet maior atq̧ perfectior. Ait vnus alteri. Kariſſime nō ſit inter nos diſcordia nec inuidia neq̧ contentio quis noſtrū eſt perfectior Sed vnū faciamꝰ et quicūq̧ ex nobis defecerit ſit ille ſeruꝰ alteriꝰ Ait alter. Dic michi q̄d eſt illud. Et ille. Ego duos oculos tuos de capite eruā ſine grauamine et ſuper menſam tuā ponā. et quando tibi placet in capite tuo ſine leſione tua ponā. Si vero mecum hoc idem per oīa feceris equales ambo ſumꝰ et quilibet alterū nutriat ſicut fratrem ſuū. Si vero aliquis defecerit ſeruus erit. At ille. Optima probacio per omnia michi bn̄ placet. Ille vero qui queſtionē propoſuit accepit inſtrumēta ſua et infra oculos cū quodā vngēto nobiliſſimo interius et exterius liniuit. Et cū inſtrumēto ſuo duos oculos ſocij ſui extraxit et ſuꝑ menſam poſuit et ait ſocio ſuo. Kme quō tibi videtur. Et ille vnū ſcio q̄d nichil video quia oculis careo et tamē nullam leſionē ſenſi. Sed modo vellē ꝙ oculos meos ſicut michi promiſiſti reſtitueres. Et ille. Libēter attemptabo. Vngentū accepit et oculos interius et exterius ſicut prius inunxit et oculos ſuos repoſuit. Et ille. Kme quid iā tibi videt̄. Et ille. Optime q̄a in extrahendo nullam leſionem ſenſi. Tunc dixit ille. Jam reſtat vt michi ſimilimō miniſtres. Qui ait. Preſto ſum. Accepit inſtrumēta ſua et vngēta ſua ſicut ille fecerat intus et exterius liniuit. Deinde oculos eiꝰ extraxit et ſuꝑ menſam poſuit et ait. Kme q̄d tibi videt̄

Et ille. Michi videtur ꝙ oculos perdidi tamē nullū dolorem ſenſi
ſed vellē libentiſſime oculos rehabere. Cū vero ille paraſſet inſtru
mēta ſua vt oculos reſtitueret feneſtra domus erat aperta et quidā
coruus intrauit videnſqꝫ oculos in menſa ſubito vnū oculū rapuit
et auolauit. Medicus hoc percipiens eſt cōtriſtatus totaliter. Et
ait intra ſe. Niſi oculos ſocio meo reſtituā ſeruꝰ eiꝰ ero. Reſpiciens
alonge videnſqꝫ capram oculū extraxit et ī locum oculi ablati repo
ſuit. Hoc facto dixit ſocio ſuo. Kariſſime quid tibi videt̃? Ait. Nec
in extrahēdo nec ī reponēdo aliquā leſionē ſenſi. ſed vnꝰ ex oculis
meis ſemper ſurſum ad arbores reſpicit. Et ille. Ex quo ita ꝑfecte
medicinā meā tecū feri ſicut et tu . modo ambo ſimus equales nec
inter nos ſit contentio. et ſic ambo poſt hoc adinuicem ſine conten
tione vixerunt.

Moraliſacio.

Kariſſimi ꝑ iſtos duos medicos intelligere debemꝰ legē nouā
et antiquā que ambe curabant quantum ad ſalutem anime.
Facta eſt contencio et adhuc eſt inter criſtianos et iudeos que lex
ē melior et ꝑfectior ad probandū veritatē. Quilibet oculos alteriꝰ
etraxit. Hoc ē dictū. In lege antiqua multa ſunt a qua deus extraxit
ſicut decem precepta in antiqua lege. Sicut ſaluator ait. Non veni
ſoluere legem ſed implere vt ſi aliquis intendat deū videre oportet
vt ad nouā legem recurrat et tunica baptiſmi ſe induat. Coruus
venit et rapuit vnū oculum iudeoꝝ vt non poſſent veritatē videre
et in loco huius ponebat oculū capre ſcꝫ quaſdā cerimonias quibꝰ
vtuntur per quas credunt deum videre et ibunt ad tenebras exteri
ores vbi erit fletus et ſtridor denciū.

ERat quidam rex qui duas filias habebat. Vna erat pulcher
rima et omnibꝰ amoroſa. Et altera nigra et omnibꝰ odioſa
Rex videns filias ſuas vnā pulchrā aliam nigrā eis noīa impoſuit
Pulchre filie impoſuit nomen ſcꝫ roſimūda. Nigre filie nomē grā
plena. Deinde preconē per totum regnū miſit promulgando ꝙ oēs
venirent et filias ſuas eis in matrimonium daret illis qui ad hoc
digni eſſent. Quicūqꝫ vero pulchram filiam in vxorem acciperet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

nichil cum ea niſi pulchritudinē obtineret. Sed qui nigram filiam in vxorem acciperet totū regnū poſt eius deceſſum cū ea obtineret Multi hoc audientes ad curiā regis venerunt et cum duas filias viderent omnes ad pulchram filiā currebant. et eam in vxorem petebāt. Gracia plena nigra filia amare fleuit. Ait ei rex. O filia ob quā rem affligitur anima tua? At illa. O domine nullus eſt qui me viſitet nec mecū loquat᷑. Omnes ad ſororem meā currunt et oīes me deſpiciunt. Ait pater. O filia ignoras ꝙ omnia mea tua ſunt. et qui te deſpōſauerit regnū meū obtinebit. Illa ſic cōfortata a fletu ceſſabat. Poſt hec venit quidam rex ad curiā regis et cum vidiſſet pulchritudinē roſimunde eam in vxorem peciit tm̄ cum ſua pulchritudine. Rex pater puellā ei conceſſit et cū magno gaudio eā deſpōſauit. Stabat altera filia per multos: anteꝙ̄ eſſet deſpōſata. Tandē quidā dux nobilis ſed pauper ītra ſe cogitabat licet puella turpis fuerit. tn̄ quicūqꝫ eam habuerit regnū cum ea obtinebit. Perrexit ad regē et eā in vxorē peciit. Rex vero gauiſus eſt. eam deſpōſauit cū magno gaudio. et poſt mortē regis totū regnū cū ea obtinuit.

Moralizacio.

Kariſſimi rex iſte eſt dominus noſter iheſus criſtus. Filia roſimunda tam pulchra. eſt mundus iſte. Unde pauci inueniunt᷑ qui non mundū ſup omnia appetunt tamē nichil cum ea obtinebūt. niſi ſuā pulchritudinē hoc ē vanitatē et diuicias. Et ſicut pulchritudo per infirmitatē famē et ſenectutē adnichilat᷑. ita diuicie hui⁹ mundi tranſeūt ꝑ mortē et ſepe ante. Et ideo fatui ſunt qui mundū deſponſant. Altera filia ſcꝫ grā plena que ē turpis et oībus odioſa. certe ē pauptas quā miro mō de⁹ dilexit. et ideo vocat᷑ grā plena qꝛ ꝑ eā deuenit᷑ ad diuicias. Verūtn̄ pauci ſunt q̄ eā deſponſare volūt ymmo eſt oībus odioſa. Tn̄ qui eā deſpōſauerit vitā eternā hēbit.

Rex qdā pulchrā filiā habebat q̄ erat duci nobiliſſimo deſpōſata cū q̄ pulchrā ꝓlē habebat et maxīa īter eos. erat dilectio Dux vero morit᷑ de cui⁹ morte fact⁹ ē planct⁹ magn⁹ ī ciuitate. Dn̄a vero ſatis honorifice eū ſepulture tradidit. Poſt mortē amici ei⁹ ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

eā venerunt vt ſecūdo viro nuberet allegātes ſibi etatem integrā ad pulchritudinē ſuam. Domina vero reſpondit virum alterū hr̄e nolo quia vir meus qui mortuꝰ eſt erat tam bonus dulcis ac diues ꝑ omnia qui me vltra modū dilexit. Et propter nimiā dilectionem inter nos eiꝰ mors tantū me affligit ꝙ vt credo viuere nō potero Si vero talem virum ponamus ꝙ inuenirem poſſibile eſſet ei me mori et tunc eſſet michi grauis afflictio iā habeo ꝙ nūq̄ virū aliū cape volo. Si malū virū accipere eſſet m̄ graue poſt bonū peſſimū

Kariſſimi rex iſte ē deꝰ filia anima ad dei ſimilitudinē creata que erat nobiliſſimo viro ſcilicet domino noſtro iheſu criſto per virtutē baptiſmi deſponſata qui ſumma dilectione nos dilexit quia in cruce pro nobis mortuus eſt ergo virum aliū pro illo non accipias hoc eſt alium numq̄ tm̄ diligas et ſic cum eo regnabis.

Erat quidā rex qui miro modo paruos caniculos bn̄ latrātes dilexerat in tm̄ ꝙ in gremio ſuo eos q̄ſcere ꝑmiſit et ibidem pauit. Illi vero ſic cōſueti erant ī gremio eius dormire et comedere vix alibi volebant et quādoq̄ circa collū regis pedes ponebant Et ſic rex ſolacium magnū et ludū cum eis habebat. Erat tunc quidā aſinus qui cū omnia iſta vidiſſet ī corde ſuo cogitabat ſi ego cantarem et ante regem ſaltarē. et circa collum domini mei pedes ponerē rex michi daret omnia fercula ad comedendū et gremium ſuum ad quieſcendū. Hijs cogitatis extra ſtabulum perrexit aulam intrauit et coram rege cantare cepit. Deīde hincinde ſaltauit et poſt hoc ad regem cucurrit et pedes circa collum eius poſuit. Serui h̄ videntes credebāt aſinū in furia cōuerſum acceperunt eum et egregie verberauerūt et ſic ad ſtabulum duxerunt eum

Kariſſimi rex iſte eſt dominus noſter iheſus criſtus. Caniculi bene latrantes ſunt predicatores qui verbum diuinū bene pronunciant. Unde digni ſunt in gremio celeſti quieſcere. Aſinus pōt dici q̄ ꝑſumit officium p̄dicatoris aſſumre verbū dei ꝓnūciare tn̄ lr̄aturam nec grām ad hoc hꝫ et iō timendum eſt ne talis ſit verberatus hoc eſt a domino et populo repulſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Erat quidam heremita qui in quadam ſpelunca iacebat et diebus et noctibus deuote deo ſeruiebat. Iuxta cellam ſuam erat quidam paſtor ouium qui paſcebat oues. Accidit vno die ꝙ paſtor erat ſompno oppreſſus. Ipſo dormiente quidā latro venit et omnes oues ſecū abſtulit. Superueniens dn̄s ouiu a paſtore querit vbi oues erant. Ille vero incepit iurare ꝙ oues perdidit. ſed quō penitus ignorabat. Dn̄s hoc audiens furore repletus ipſum occidit heremita hͦ videns ait in corde ſuo. O domine ecce homo iſte culpā innocenti dedit et ipſum occidit. Ex quo ergo ꝑmittatis talia fieri Ad mūdū vadā et ſicut ceteri vitā ducam. Hijs cogitatis heremitariū dimiſit et ad mūdū ꝑrexit ſed deus ipſum dimittere nolebat et angelū in forma hominis ad eum miſit vt ei aſſociaret. Cum eū angelus in via euntem inueniſſet. ait ei. Kariſſime quo vadis? At ille. Ad iſtam ciuitatē ante me. angelus dixit ei. Ego in via ero comes tuus quia angelus dei ſum ego et ad te veni vt ſimus ſocij in hac via. Ambo ābulabāt verſus ciuitatē. Cū aūt intraſſent hoſpiciū a quodā milite propter dei amorem petebant. Miles vero ſatis gratanter eos recepit. et honoriſice ac ſplendide cum bona deuocione ī omnibꝰ miniſtrauit. Miles iſte tantū vnicū filiū habebat in cunabilis iacentē quē multū dilexerat. Cena facta camera eſt aperta et lecti ſatis honorifice ornati ꝑro angelo et heremita. Media vero nocte ſurrexit āgelus et puerū ī cunabilis ſtrangulauit. Hoc vidēs heremita intra ſe cogitauit. Numquid iſte erat angelus dei bonus? Miles omnia neceſſaria propter dei amorem ei dedit et nō habuit niſi vnicū filiū īnocentē et iſte eū occidit. ſed tamē nō audebat ei quicꝙ̄ dicere. Mane vero ambo ſurrexerūt et ad ciuitatē aliā ꝑrexerūt ī qua ī domo vniꝰ ciuis ſatis honorifice erāt recepti et ſplēdide miſtrati. Ciuis iſte quēdā aureū ciphū quē miro mō dilexit habuit Media vero nocte ſurrexit āgelꝰ et furatꝰ ē ciphū illū. Heremita hͦ vidēs intra ſe cogitabat. Iſte malus angelus ē vt credo. Iſte ciuis nobis optime fecit et iſte ē furatus ciphū ſuū. tn̄ nichil ei loq̄bat quia timuit eū. Mane vero ſurrexerūt et ꝑ viā ābulabant donec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ad quandā aquā ꝑuenerūt vltra quā erat pons. Pontem aſcēderūt et quidam pauper eis obuiabat. Ait ei angelus. Kariſſime monſtra nobis viam verſus talem ciuitatē. Pauper vertit ſe et cum digito viam verſus ciuitatē oſtendit. Cū vero vertiſſet ſe angelus ſubito per ſcapulas eum accepit et vltra pontē proiecit et ſubmerſus eſt pauper. Qđ cum heremita vidiſſet ait in corde ſuo. Jam ſcio ꝙ iſte dyabolus eſt et non angelus dei bonus. Quid mali fecit pauper iſte et tamen eū occidit. Ab illo tp̄e cogitabat ab eo recedere. Verūptn̄ timuit et nichil loquebat̄ ei. Cum vero circa horam veſpertinā ad ciuitatē ꝑueniſſent. ad domū cuiuſdā diuitis acceſſerūt. et hoſpiciū ꝓ dei amore petebāt. Ille vero ſimpliciter eis negauit. Ait āgelus dei. Amore dei ſaltem tectū dom⁹ nobis cōcedatis ne lupi aut male beſtie hic nos deuorent. Ille ait. Ecce domus vbi porci mei iacent ſi placet vobis cū eis iacere poteſtis. ſin autē recedatis q2 aliū locū vobis non dabo. Ait ei angelus. Si aliud nō poteſt fieri cū porcis veſtris iacebim⁹. Et ſic factū eſt. Mane vero ſurrexerūt. Angelus hoſpitem vocauit et ait. Kariſſime do tibi ciphum iſtum. Dedit ei ciphum quem furatus fuerat ab illo ciue. Heremita hoc videns ait intra ſe. Jam ſum expertus ꝙ iſte eſt dyabolus. Bonus homo qui cum omni deuocione nos recepit furatus eſt ei ciphum. et dedit iſti peſſimo qui negauit nobis hoſpicium. Ait angelo. Nolo vobiſcum amplius expectare ad deū vos recōmendo. Angelus dixit ei. audite me et tunc recedite. Primo quando eras in heremitario dn̄s ouiū paſtorē iniuſte occidit. Scias ꝙ paſtor ille pro tunc mortē non meruit ſed alias cōmiſit quare mori deberet. tunc temporis inuentus ē ſine peccato. Deus ergo ꝑmiſit eum occidi vt penā poſt mortem euaderet propter peccatum qđ alias cōmiſit pro quo numq̃ penitēciā faceret. Latro vero qui euaſit cum ouibus penam eternā ſuſtinebit et dominus ouiū qui paſtorē occidit vitam ſuā emēdabit ꝑ largas elemoſinas et opera miſericordie quia ignoranter fecit. Demū filiū illius militis de nocte ſtrangulaui qui nobis bonū hoſpicium dedit. Scias ꝙ anteq̃ puer ille natus erat miles optimus elemoſinarius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

erat. et multa opera miſericordie fecit. Sed poſtq̄ natus eſt puer factus eſt parcus cupidus et oīa collegit vt puer diuitē faciat ſic ꝙ erat cauſa ꝑditionis ei⁹ et ideo puer occidit. Et iam ſicut prius miles factus eſt bonus criſtianus. Deinde ciphum illius ciuis qui nos cū deuocione recepit furatus fui. Scias tu ꝙ anteq̄ ciphus ille erat fabricatus non erat ſobrior eo in tota terra. Sed tm̄ de cipho gaudebat poſt fabricationē ꝙ omni die tantū de eo bibebat ꝙ bis aut ter omni die fuit inebriatus et ideo ciphum abſtuli et factus ē ſobrius ſicut prius. Deinde pauperē ī aquā proieci. Scias q̄ paup̄ iſte bonus criſtianus fuit. Sed ſi ad dimidium miliare ambulaſſet alium in peccato mortali occidiſſet ſed iam ē ſaluat⁹ et regnabit in celeſti gloria. Deinde ciphū illius ciuis dedi illi qui nobis hoſpiciū negauit. Scias q̄ nichil in terra fit ſine cauſa. Ipſe nobis cōceſſit domū porcorū et ideo ciphum ei dedi et poſt vitā iſtam in inferno regnabit. Pone ergo āmodo cuſtodiā ori tuo. vt de deo non attrahas. Ipſe enī oīa nouit. Heremita h̄ audiēs cecidit ad pedes āgeli et veniā peciīt et ad heremitariū perrexit. Et fact⁹ ē bon⁹ criſtian⁹.

Marcus regnauit prudens valde qui tantū vnicū filiū et filiā habebat quos multū dilexit. Cū vero ad ſenectutē p̄ueniſſet infirmitas grauis eum apprehendit. Qui cū vidiſſet q̄ viuere non poſſet fecit vocari oēs ſatrapas imperij et ait. Kmi ſcire debetis q̄ hodie ſpm̄ deo debeo reddere. Nō habeo tantū periculū in anima mea. ſicut de filia mea q̄ eam matrimonio non tradidi. Et ideo tu fili qui es heres meus tibi p̄cipio ſub mea benedictione vt eam maritari facias tam honorifice ſicut decet et medio tempore ſicut teipſum omni die eam in honore habeas. Hijs dictis vertit ſe ad parietem et ſpiritū emiſit. De cuius morte planctus magnus factus eſt in ciuitate et ſatis honorifice eum ſepulture tradiderunt. Poſt hec vero filius prudenter incepit regnare. ſororem ſuam ī omni honore habere quā miro modo dilexit in tantū q̄ omni die licet nobiles ſecum eſſent ī menſa ī vna cathedra ex oppoſito eius ſedebat et ad inuicem comedebant et in eadē camera inlectis ſeparatis iacebāt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Accidit vna nocte q̄d temptacio grauis eum accepit q̄d ei videbat᷑
ſpiritū emittere niſi cum ſorore ſua libidinem ſuam poſſet implere.
De lecto ſurrexit et ad ſororē ſuam ꝑrexit quā dormientē inuenit
et excitauit eā. Illa ſic excitata ait. O domine ad quid veniſti iſta
hora? Qui reſpondit. Niſi tecū dormiā amitto vitā meā. Que ait.
Abſit a me tale peccatū perpetrare. Ad memoriā reducite quō pat᷑
noſter te onerauit ī ſua benedictione an̄ mortē ſuā ꝙ me haberes
in omni honore. Si tale peccatū perpetrares offenſionē dei nō eua
deres nec hominū confuſionē. At ille. Quomodocūqȝ fiat volūtatē
meā adimplebo. Dormiuit ergo cū ea. Hoc facto ad propriū ſtatū
rediїt. Puella vero amare fleuit et cōſolari nolebat. Impator vero
quātū potuit ſolaciū ei prebebat et miro modo magis ac magis eā
dilexit. Poſt hoc vero circa dimidiū annū illa in cathedra ſedebat
in menſa et frater eius intime eam aſpexit. et ait. Kariſſima quid
tibi eſt? Iam facies tua ē mutata in colore et oculi tui in nigredinē
mutant᷑. At illa. Mirū nō eſt quia ſum impregnata et ꝑ cōſequēs
confuſa. Ille hoc audiens vltra ꝙ̄ credi poteſt cōtriſtatus ē. Fleuit
amare et ait. Pereat dies in qua natus ſum et quid faciā ego pe
nitus ignoro. Que ait Domine fac conſiliū meū. et poſt factum non
penitebis. Nos nō ſumus primi qui grauiter deū offenderunt. Hic
prope eſt vnus miles ſenex conſiliarius patris noſtri. de cuius con
ſilio pater noſter ſemꝑ eſt operatus. Vocetur ille et ſub ſigillo con
feſſionis omnia ei dicemus. Ille vero vtile conſiliū dabit nobis et
q̄d ſatiſfaciemꝰ deo et obprobriū mundanū euadere poterimus. Ait
rex. Michi bene placet. Sed primo ſtudeamus deo reconſiliari. Con
feſſi ſunt ambo corde puro cū contricione magna. Facta cōfeſſione
miſerunt pro milite et totū priuate cū fletu retulerūt. At ille. Dn̄e
ex quo eſtis deo reconſiliati audite conſiliū meum vt confuſionem
mundanam euadere poſſitis. Pro peccatis veſtris ac patris veſtri
terrā ſanctā debetis viſitare et tali die omnes ſatrapas regni tui in
preſentia tua cōuocare. Deinde hec verba per ordinē dicere. Kmi
terram ſanctā viſitare volo nullum heredē preter ſororē vnā habeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ſicut ſcitis cui ī abſencia mea ſicut corpori meo debetis obedire. Et poſt hoc michi corā omnibꝰ dicere et tibi kariſſime dico ſub pena vite tue vt ſororis mee cuſtodiā habeas. Ego vero tam priuate et ſecrete cuſtodiā ꝙ nullus tempore partus nec ante nec poſt de caſu veſtro ſciet nec eciā vxor mea. Ait rex. Bonū eſt cōſilium. Omnia adimplebo que michi dicitis. Statim fecit oēs ſatrapes cōuenire et omnia a principio vſqꝫ ad finē ſicut ſuperius ē ſcriptū conſiliū militis adimpleuit. Cum oīa verba cōſummaſſet vale omnibꝰ fecit ad terrā ſanctā ꝑrexit. Miles vero dominā ſororē regis ad caſtrū ſuū duxit. Cum autē vxor militis hoc vidiſſet domino ſuo occurrit et ait. Domine mi reuerende qualis domina iſta ē. Qui ait. Dn̄a mā ſoror regis eſt. Iura michi per deū omnipotentē ſub pena vite tue vt quicqꝫ tibi dixero omnia habebis in ſecreto. At illa. Dn̄e preſto ſum. Cum autē iuraſſet ait miles. Domina noſtra ꝑ dominū noſtrū regē eſt impregnata quare tibi p̄cipio vt nulla creatura miniſtret ei excepta tua ꝑſona. Ita vt p̄cipiū mediū et finis omnia ſint ſecreta At illa. Domine oīa iſta fideliter adimplebo. Domina ad cameram priuatā eſt introducta et ſatis ſplendide ei miniſtrabat᷑. Cum tēpus pariendi eſſet filiū formoſum peperit. Miles cum hoc audiſſet ait domine. O domina kariſſima bonū eſt ac vtile ſacerdotē vocari vt puerū baptizet. Que ait deo meo voueo ꝙ ille qui eſt inter fratrē et ſororē genitus per me baptiſmū non habebit. Ait miles. Scitis graue peccatum eſt inter vos et dominum meum cōmiſſum nolite propter hoc animā pueri occidere. Ait dn̄a. Votū voui qd̄ firmiter tenebo ſed tibi precipio vt dolium vacuū michi apportes. Qui ait preſto ſum. Dolium ſecum ad camerā portari fecit. Illa vero decent᷑ puerum in cunabulo reclinauit et in paruis tabellis hec que ſequūtur ſcripſit. Kariſſimi ſcire debetis ꝙ puer iſte non eſt baptizatus quia inter fratrem et ſororem genitus eſt. Ideo propter dei amorem baptizetur et ſub capite eius pondus theſauri inuenietis cum quo ipſum nutrire faciatis et ad pedes argēti pondus cum quo ſtudium exerceat. Cum omnia iſta erant ſcripta tabellas in cunabulo

ſub latere pueri ponebat. aurū ſub capite. argentū ad pedes. deinde
cū pannis ſericis ac deauratis cunabulū cooperuit. Hoc facto militi
precepit vt cunabulū infra dolium poneret et in mari proiceret vt
nataret vbicumqȝ deus diſponeret. Miles vero omnia adimpleuit.
Cum doliū proiectū in mari fuiſſet. miles tam diu iuxta mare ſtetit
ꝗdiu doliū natare videret. Hoc facto ad dominā rediit ſed cū iuxta
caſtrū ſuū veniſſet. nūcius regis de terra ſancta ei obuiabat. Ait ei
Kariſſime vnde venis? Qui ait. De terra ſācta venio. Et quales rum
ores habetis? Et ille. Dn̄s meus rex mortuus ē. et corpus ſuum ad
vnum de caſtris ſuis eſt ductum. Miles hoc audiens fleuit amare.
Vxor eius ſuperueniens cum de morte imperatoris audiſſet vltra ꝙ̄
credi poteſt dolebat. Miles ſurrexit et ait vxori ſue. Nolite flere.
ne domina noſtra ꝑcipiat. Nichil ei dicemus quouſqȝ a puerperio
reſurgat. Miles poſt hos ſermones ad dominam intrauit. Vxor
eius ſequebatur eum. Cum domina eos reſpexiſſet et eos deſolatos
perpendit ait. Kariſſimi propter quā cauſam eſtis triſtes? At illi
Domina non ſumus triſtes. ſed pocius gaudentes. qꝛ liberata eſtis.
a graui periculo in quo fuiſtis. at illa. Ita non eſt. Indicate michi
Nolite aliquid celare a me ſiue bonū ſiue malū. Ait miles. Quidam
nūcius de terra ſancta veīt de dn̄o noſtro rege fratre veſtro qui nar
rat rumores. Que? Vocetur nūcius. Qui cum veniſſet ait ei domina
quo modo eſt de domino meo? qui reſpondit. dominus veſter mor
tuus eſt. et eius corpus de terra ſancta tranſlatū eſt ad caſtrum ſuū
et cum patre veſtro ſepeliet. Domina cum hoc audiſſet ad terram
cecidit. Miles videns dolorem domine in terrā iacuit. Vxor militis
cum eis ac nuncius. Omnes iſti per magnū ſpaciū iacebant et in
eis pre magno dolore non eſt vox neqȝ ſenſus. Domina vero poſt
magnū ſpaciū ſurrexit. crines capitis traxit. faciē vſqȝ ad ſanguinis
effuſionē dilacerauit et alta voce clamauit. Heu michi pereat dies
in qua concepta erā. nō illa numeretur in qua ſum nata. Quantas
habeo īiquitates ꝛc̄. In me ſūt cōpleta. Periit ſpes mea fortitudo
mea frater meus vnicus dimiciū anime mee. Qđ faciā ego de cetero

penitus ignoro. Surrexit miles et ait. O domina kariſſima audite
me. Si ꝓpter dolorem teipſam necaueris. totum regnum peribit.
Tu ſola es derelicta et iure hereditario regnū tibi debet᷑. Si ergo
teipſam occideris regnum ad extraneos cōuolabit. Surgamus ergo
et ad locū vbi corpus iacet accedamus et honorifice eū ſepeliemus
Deinde ſtudeamus q̊modo imperium regere debemus. Illa vero ex
verbis militis cōfortata ſurrexit. et cū honeſta comitiua ad caſtrum
fratris ſui acceſſit. Cū autē intraſſet. corpus regis ſuper feretrum
inuenit. ſuper corpus cecidit. A planta pedis vſq꜄ ad verticē oſcu
lata eſt eū. Milites videntes nimiū dolorē in ipſa de funere dn̄am
extraxerunt. et in cameram ītroduxerūt et corpus ſatis honorifice
ſepulture tradiderunt. Poſt hoc quidā dux burgundie ſolempnes
nuncios ad eam miſit vt ei in vxorem cōſentiret. Illa vero ſtatim
reſpondit ꝙdiu vixero virum non habebo. Nuncij hec audientes
volūtatem eius domino nūciabant. Dux hec audiens indignatus
eſt contra eam et ait. Si eam habuiſſem rex illius regni fuiſſem ſed
ex quo me vilipendebat de regno ſuo pax gaudebit. Exercitū colle
git regnū intrauit comburebat et occidit et infinita perpetrabat.
et victoriā in omni bello optinuit. Domina ad quādā ciuitatē bene
muratā fugam pecijt ī qua erat caſtrū fortiſſimū et in ea ꝑ multos
annos ꝑmanſit. Jam ad puerū proiectū in mari redeamꝰ. Doliū cum
puero ꝑ multa regna tranſijt quouſq꜄ iuxta cenobiū monachorum
ꝑuenit et hoc feria ſexta. Eodē die abbas illiꝰ monaſterij ad litus
maris ꝑrexit et piſcatoribus ſuis ait. Kariſſimi eſtote parati ad piſ
candū. Illi vero rethia ſua parabant. Dum vero prepararent. doliū
cum fluctibus maris ad terrā ꝑuenit. Ait abbas ſeruis ſuis. Ecce
doliū aperiatis et videatis q̇d ibi lateat. Illi vero doliū aperuerūt
et ecce puer paruus pannis precioſis inuolutus abbatem reſpexit
et riſit. Abbas vero totaliter de viſu contriſtatus ait. O deus meus
quid eſt hoc ꝙ inuenimus puerum in cunabulo. Proprijs mani-
bus eū leuauit tabellas ſub latere eius inuenit quas mater ibidem
poſuit. aperuit et legit ꝙ puer ille inter fratrem et ſororem eſſet

genitus nec baptizatus ſed propter dei amorē vt ſacrameutū bap
tiſmi ei daretur. Deinde cum auro quod ad caput eius inveniretur
nutriretur et ad pedes argentum ꝑ qđ ſtudiū exerceret. Abbas cū
hec legiſſet et cunabulū pannis precioſis ornatum vidiſſet ītellexit
ꝙ puer de nobili ſanguine eſſet. Statim eū baptizari fecit et ei ꝓpri
um nomē impoſuit ſcilicet gregorius et puerum ad nutriendū vni
piſcatori tradidit danſ ei pōdus quod īuenit. Puer vero creſcebat
et ab ōmibus dilectus quouſqꝫ ſeptem annos in etatē compleuiſſet.
Abbas ſtatim ad ſtudium cum ordinauit. In quo miro modo ꝓfecit
omnes monachi cenobíj tamꝙ̄ ſuum monachum dilexerūt. Puer
vero infra pauca tēpora ōnes ī ſciencia trāſcendit. Accidit quodā
die vt cū filius piſcatoris cū pila quadam luderet et dictū piſcatorē
patrem ſuum eſſe credidit a caſu filium piſcatoris cū pila leſit. Ille
ſic percuſſus amare fleuit domi perrexit. et matri cōqueſtꝰ ē dicens
gregorius frać meus me percuſſit Mater hec audiens foras exiuit
et dure arguebat eum dicens. O gregori qua audacia filium meum
pecuſſiſti. cum tamen q̈lis es et vnde ignoramus. Ait ille. O mater
dulciſſima nōne filius tuus ſum ego. quare talia michi improperas
Que ait. Filius meus non es et vnde ſis ignoro. ſed vnum ſcio ꝙ
in quodā dolio inuentus fuiſti. Abbas te michi ad nutriendū dedit
Ille cum hec audiſſꝫ fleuit amare. Ad abbatem perrexit et ait. O
domine mi diu vobiſcum ſteti. credebam me filium piſcatoris fuiſſe
cum tamen nō ſum. et ideo parentes meos ignoro. Si placet me ad
miliciā promoueas quia hic amplius nō manebo. Ait abbas. O fili
noli talia cogitare. Omnes monachi ī domo exiſtētes miro modo
te diligunt. intantū ꝙ poſt deceſſum meū in abbatē te promouebūt
Ait ille. Domine ſine dubio non expectabo donec ad parētes meos
peruenero. Abbas hec audiēs ad theſaurū ſuū acceſſit et tabellas
quas in cunabulo ſuo inuenit ei oſtendit dicens. Nunc fili lege inte
rius et qualis es clare inuenies. Cum vero legiſſet ꝙ īter fratrē
et ſororem eſſꝫ genitus ad terram cecidit et ait. Heu michi quales
parentes habeo. Ad terrā ſanctam ꝑgā et pro peccatis parentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

pugnabo et ibi vitā finiam. Peto ergo domine inſtāter. vt me ad
miliciā promoueas. qđ et fecit. Cum autē licentiā de receſſu recepit
factus eſt planctus magnꝰ in cenobio dolor in populo et in circuitu
lamentacio. Ad mare ſe tranſtulit et conuenit cum nautis vt eum
ad terram ſanctā ducerent. Cum vero nauigaſſent ventus erat eis
oppoſitus et ſubito ducti ſunt ad eandem ciuitatē in qua erat mater
eius ī caſtro. Qualis erat ciuitas aut qđ regnū penitus naute igno
rabant. Cum autē ciuitatē miles ītraſſet. quidā ciuis ei occurrebat
et ait ei. Domine quo tenditis? Et ille. Hoſpiciū quero. Ciuis vero
ad domū ſuā cum tota familia ſua duxit et ſplēdide eis miniſtrauit
Cum vero in menſa ſederent. dominꝰ gregorius hoſpiti dixit. dn̄e
qualis eſt ciuitas illa et quis dn̄s iſtius terre. At ille. Kariſſime
vnū virū valentē imperatorē habuimus qui mortuus eſt in terra
ſancta qui nullū heredem preter ſuā ſororē poſt ſe reliquit. Quidā
dux eā in vxorē peciit que nullo modo copulari ītēdit. Ille ex hoc
īdignatꝰ totū regnū iſtud excepta ciuitate iſta manū forti acquiſiuit
Ait miles. Nūquid ſecretū cordis mei potero ſecure propalare? At
ille. Domine eciā cū omni ſecuritate. Qui ait. Miles ſum ſi placet
die craſtina ad palaciū ꝑgas et cū ſeneſcallo ſermonē de me facias
ꝙ ſi ſallariū michi dederit pro iuſticia domine iſto anno pugnabo.
Ait ciuis nō dubito dn̄e quin de aduentu tuo gaudebit toto corde.
Die craſtina ad palaciū pergā et finē huiꝰ rei faciā. Mane ſurrexit
ad ſeneſcallum ꝑrexit et de aduētu eius intimauit. Ille non modicū
gaudens pro dn̄o gregorio nunciū deſtinauit. Cū eum vidiſſet dn̄e
ē ꝑſentatꝰ et multū cōmendatꝰ. Quē cū vidiſſet intime eū reſpexit
ſed ꝙ erat filius eiꝰ penitus ignorabat. Ipſa eū ſubmerſū a multis
annis credidit. Seneſcallus in preſencia dn̄e eum conduxit vt per
integrū annū ei miniſtraret. Die craſtina ad bellū ſe parauit. Adeſt
dux in campo cum exercitu magno. Dn̄s gregorius bellū aggredit̄
oēs penetrauit quouſqȝ ad ducē ꝑuenit quē in eodē loco occidit et
caput eiꝰ āputauit et victoriā obtinuit. Miles vero poſt hec de die
in diē ꝓficiebat fama eiꝰ vndiqȝ circuibat ſic ꝙ anteq̄ ānus fuiſſꝫ

completus totum regnū a manibus innimicorū acquiſiuit. Deinde
ad ſeneſcallum venit et ait. Kariſſime vobis conſtat in quo ſtatu
vos inueniet ad quem ſtatum duxi. Rogo ergo trade michi ſallariū
q̄a intendo pergere ad aliud regnū. Ait ſeneſcallus. Domine plus
meruiſti q̄m ex conuencione tenemur tibi. Ideo ad dominā noſtram
ꝑgā vt de ſtatu ac mercede fīrē faciā. Cū aūt ad dominā veniſſet
ait. O domina kariſſima dicam vobis aliqua verba proficua. Ex
defectu capitis omnia mala ſuſtinuim⁹ ideo bonum eſt virū accipere
per quem poterimus de cetero ſecuri eſſe. Regnum veſtrū ī diuicÿs
habūdat. et ideo virū propter diuicias recipere non conſulo. Unde
ignoro vbi melius ad honorem veſtrum et commodū tocius populi
poteritis virum accipere q̄ꝫ dominū gregorium. Illa vero ſolebat
ſemper reſpondere voueo deo ꝙ nūq̄ꝫ copulabor viro. Sed ad ver
bum ſeneſcalli diem deliberacionis cōſtituit ad reſpondendū. Ad eſt
vero dies cunctis audientib⁹ domina dixit. Ex quo domin⁹ grego
rius valide nos et regnum noſtrum de manibus inimicorū liberauit
eum in virū accipiā. Hec audientes gauiſi ſunt valde. Diem nupci
arum conſtituit. Ambo cū magno iubilo et cōſenſu tocius imperÿ ī
matrimonio ſunt cōiuncti filius cū matre ꝓpria. Sed quales eſſent
vtriqꝫ ignorabant. Facta ē īter eos delectio magna. Accidit quadā
die. ꝙ dominus gregorius ad venandum perrexit. Ait quedā ācilla
domine. O domina kariſſima nunquid dominum noſtrum regem ī
aliq offendiſtis. Que ait. In nullo. Credo ꝙ in mūdo nō īueniunt
duo ad inuicem ligati in matrimonio qui tātum ſe diligūt mutuo
ſicut dominus me⁹ et ego. Sꝫ dic michi kariſſima quare protuliſti
talia verba? At illa. Omni die quando ponit mensa domin⁹ noſter
rex illam camerā priuatā intrat letus ſed cum exit lamentaciones
ac fletus emittit. Deinde faciem lauat. Sed quare hoc ſit penitus
ignoro. Domina cū hoc audiſſꝫ camerā illā ſola intrauit de foramine
ī foramē intime reſpexit donec ad illud foramē venit ī quo tabelle
erant quas ſingulis diebus ſolebat legere quomodo inter fratrem
et ſororem genitus eſſet. et tūc amare fleuit. Ille enim erant tabelle

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

que in cunabulo ſuo erant īuente. Domina vero cum tabellas inue
niſſet ſtatim noticiā illaꝝ habebat. Aperuit. ſcripturā legit de manū
propria. Intra ſe cogitabat. Numq̄ homo iſte ad tabellas veniſſet
niſi filius meꝰ eſſet. incepit alta voce clamare ac dicere. Heu michi
ꝙ ſum nata ac in mundo educata. Utinam in die cōceptionis mee
mater mea fuiſſet extincta. Cumq̄ʒ eſſet in aula clamor. Audientes
milites domine. ad dominā cucurrerūt cū ceteris. et illam iacentem
in terra inuenerūt. et per longū tempus circa eā ſteterunt anteq̄
verbū ab ea habere potuerūt. Deinde os aperuit et ait. Si diligitis
vitam meā ſtatī dominū meū querite. Milites hec audientes ſtatī
equos aſcenderūt et ad imperatorē equitabant. et ei dixerūt. Dn̄e
regina in periculo mortis iacet. Ille hoc audiens luſum dimiſit et
ad caſtrū perexit. Camerā in qua dn̄a iacuit intrauit. Dn̄a cum illū
vidiſſet ait. O dn̄e oēs exeant p̄ter vos vt nulliꝰ audiat que vobis
dixero. Cū autē omnes eēnt expulſi ait dn̄a. O kme de qua ꝓgenie
es tu dicite michi. Qui ait. Iſta ē mirabilis queſtio. Scias ſine du
bio ꝙ de longinq̄ terra ſum ego. Et illa. Deo voueo ꝙ niſi dixeris
michi veritatē me cito morientē video. Qui ait. Et ego dico tibi ꝙ
pauper eram nichil habens p̄ter arma mea cum quibꝰ vos et totū
regnū a ſeruitute liberaui. At illa. Dic michi modo de qua terra es
oriundus et qui erant parentes tui. Et niſi michi veritatē dixeris
nūq̄ cibū guſtabo. Et ille. Vobis de veritate fatear. Quidā abbas
ab infancia me nutriuit et michi ſepius dixit ꝙ ī quodā dolio me
inuenit infra cunabulū et ab illo tempore vſq̄ʒ in preſens me nutri
uit quouſq̄ʒ ad partes iſtas veni. Domina cū hec audiſſet tabellas
ei oſtendit. et ait. Nūquid iſtas tabellas noſti? Ille cū tabellas vi
diſſʒ ad terrā cecidit. Illa vero ait. O fili dulciſſime tu es filius meꝰ
vnicus tu es maritus meꝰ et dn̄s meꝰ tu es filiꝰ fratris mei et meus
Tytus regnauit. In cuius imperio erat quidē miles genroſus. Adeo valde deuotus qui vxorē pulchram habebat. ſed ſub viro ſuo adulterata ē nec de adulterio deſiſtere volebat. Miles vero cū hoc vidiſſet contriſtatus eſt valde in animo ſuo et cogitabat terrā ſanctam viſitare et ait vxori ſue. Kariſſima ad terrā ſanctā pergā et vos diſcretioni veſtre cōmitto. Cum autē vltra mare prexit dn̄a quendā clericū peritū in nigromancia dilexit et cum ea dormiuit. Accidit ſemel ꝙ cū adinuicē in ſtratu iacuiſſent dixit domina. Si vnam rem michi perpetrares me in vxorem ducere poſſes. Et ille. Quid eſt hoc qđ tibi placet ꝙ potero tibi miniſtrare? Que ait. Maritus meus ad terrā ſanctā prexit nō et me multū diligit. Si eū per aliquā artē occidere poſſes omnia que habeo obtineres. ait clericus tibi facere ꝓmitto ita tamē ꝙ me in maritū accipies. Que ait. Hoc firmiter promitto. Clericus vero quandā ymaginē nomine militis fecerat et in pariete ante oculos ſuos fixit. Interim miles cum per plateā ciuitatis rome tranſiret. magiſter quidā peritus ei obuiabat et intime eum reſpexit et ait ei. Kariſſime ſecretū habeo tibi dicere at ille. Magiſter quid vobis placet dicite. Qui ait. Hodie tu es filius mortis niſi auxilium habueris a me. Vxor tua eſt meretrix et de morte tua ordinauit. Miles audiēs ꝙ verū dixiſſet de vxore ſua ei adheſit credidit atqꝫ dixit. O bone magiſter vitam meā ſalua et mercedem condignam tibi reddam. Qui ait. Libenter te ſaluabo ſi feceris que tibi dixero. ait miles preſto ſum. Magiſter balneū fieri fecit et militem veſtimentis ſpoliari et balneum intrare mandauit. Deinde ſpeculū politum in manum ſuam tradidit et ait. In ſpeculo reſpice diligēter et mirabilia videbis. Ille cum ſpeculū reſpexiſſet et magiſter iuxta eū in libro legiſſet ait ei. Dic michi quid tu vides

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Quendā clericū in domo mea video qui vnā ymaginem de cera ad ſimilitudinē meam in pariete fixit. Ait magiſter. Quid modo vides At ille. Jam arcū accipit et ſagittā acutā in eo ponit et ymaginem incipit ſagittare. Ait magiſter. Sicut vitā tuā diligis cum ſagittā ad ymaginē volare videbis totum corpus tuum in balneo volue in aqua donec tibi dixero. Miles cum hoc audiſſet et vidiſſet ſagittā moueri corp⁹ ſuū ſub aqua voluit totaliter. Hoc facto ait magiſter Caput tuū eleua et in ſpeculo reſpice. Qui cum feciſſet. dixit ei. q̄d iam in ſpeculo vides? At ille Ymaginem non percuſſam ſed a latere ſagitta abijt. Et de hoc clericus multū dolet. Ait magiſter. Jam in ſpeculo quid facit reſpice. Et ille. Jam magis prope pergit ad yma ginē et ſagittā in arcū ad ꝑcuciendū ponit vt ymaginē percuciat Qui ait. Sicut prius feciſti et modo facias ſi vitam tuam diligis. Miles vero cum per ſpeculū vidiſſet ꝙ clericus arcū tenderet totū corpus ſuum voluit in aqua. Hoc facto ait magiſter. Reſpice quid modo eſt? q̄d cum feciſſet dixit. Miro modo dolet clericus. ꝙ yma ginē non percuſſit et vxori mee dicit. Si tercia vice ymaginē non ꝑcuciā. ꝓ vitā meā. Prope ymaginē mō ꝑgit. ita ꝙ michi videt̄ ꝙ nō poterit decipi qui ymaginē ꝑcuciat. Ait magiſter. Sicut vitā tuā diligis iam curam habeas. vt cū arcū videris trahi totū corpus tuum corpus ſub aqua īuoluas donec tibi dixero. Miles ſemper in ſpeculo reſpiciebat. et cum clericum arcū extendere ad percuciendū vidiſſet corpus ſuū in aqua īuoluit donec magiſter ei dixit. Surge velociter et in ſpeculo reſpice. quod cum vidiſſet miles ridebat. Ait magiſter Kariſſime dic michi quare rides? At ille. Clare in ſpeculo video ꝙ clericus ymaginē non percuſſit et ſagitta eſt reuerſa et eū inter pulmonē et ſtomachum ꝑcuſſit et mortuus eſt. Vxor mea ſub lecto meo foueam fecit et eum ibi ſepeliuit. Ait magiſter. Surge ve lociter et veſtimēta indue. et ora deum pro me. Jlle uero ei de uita ſua gracias reddidit. Factaqꝫ peregrinacione. ad ſuā terram miles prexit. Cum uero domi ueniſſet uxor eius obuiam ei uenit et cum gaudio eum recepit. Miles uero ꝑ plures dies diſſimilabat. Tandē

[l]

11

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

pro parentibus vxoris miſit et eis ait. Kariſſimi hec eſt cauſa q̄re
miſi pro vobis. Hec eſt filia veſtra vxor mea que adulteriū ſub me
commiſit: et quod peius eſt. i mortē meam machinata eſt. Illa vero
cum iuramento negauit. Miles vero incepit et totum proceſſum
clerici recitauit. Quod ſi non creditis venite et videte locum vbi
clericus ſepultus eſt. Eos ad camerā ſuam duxit et corpus clerici
ſub lecto eius inuenerunt. Iudex eſt vocatus et ſentenciam dedit vt
ipſa igni cōbureretur. Et ſic factum eſt et puluis corporis poſt ꝑ
aerē diſpergitur. Deinde miles virginem pulchrā ī vxorem accepit
et ex ea prolem genuit et in pace vitam finiuit.

¶ Moralizacio.

KAriſſimi iſte imperator eſt dn̄s noſter ihesus criſtus. Miles
vero homo vxor caro. que tociēs adulterat̄ quociēs peccatū
mortale cōmittit. Homo hoc percipiēs debet ad terram ſanctā ideſt
ad regnū celeſte per opera meritoria adire. In via occurrit ei magr̄
ideſt diſcretus confeſſor qui peccatorem habet infirmare. Clericus
eſt dyabolus qui hominē tenet ꝑ carnales voluptates in poteſtate
ſua. Erigit ymaginē ideſt animā per humanā ſuperbiā et vanitatē
Accepit arcū cum ſagitta. Arcus eſt mūdus iſte cuius cornua ſunt
ſuperbia vite et concupiſcencia oculoꝝ. Arcum iſtum tenet auarus.
Sagitta acuta eſt ſuperbia per quā multi occiduntur ſicut patet de
lucifero et primo parente adam. Lucifer dicebat. Aſcendam ſuper
aſtra celi et ſimilis ero altiſſimo. Et ecōuerſo ſagitta rediit et eū oc
cidit. Adam concupiuit qđ nō debuit et ideo occiſus. Ymago aīe bn̄
poterit eſſe de cera. Quia ſicut cera perit ideſt fluit a facie ignis ſic
pccōres a facie dei. Quid ergo ē faciēdū ne dyabolus nos ſagittet
et occidat? Certe balneū intremus. Iſtud balneū eſt cōfeſſio in qua
et per quā lauari debemus ab omni ſorde peccati. Sed oportet ſpe
culum politum tenere ideſt ſacram ſcripturā in manu tua ideſt debes
libenter ſermones audire et verba edificatoria in quibus poteris
pericula p̄cauere et ſagittas dyaboli expellere. Sed dic michi quō
Ecce cū arcus dyabolicus cōtra animā tuā per aliquā temptationē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

tetendit ſagittare. inuolue totum corpus tuũ ideſt quicquit feciſti
cogitando delectando cõſenciendo in balneo cõfeſſionis et peccatũ
euaneſcit. Cum vero mundatus fueris et dyabolus occiſus ideſt de
uictus indue te veſtimẽtis tuis ideſt bonis virtutib⁹ quas in bap
tiſmo recepiſti et perge ad domũ conſciencie tue et extrahe corpus
defuncti ideſt quicquit egiſti. Deinde mitte pro parentib⁹ tuis ideſt
in quib⁹ peccatis caro tua a via veritatis deuiabat. Et tunc carnẽ
igne penitẽcie combure et oſſa ideſt peccata inueterata anichilent.
Et ſic per ventum ideſt cordis amaritudinẽ expellant. Et poteris
virginẽ ducere. ideſt carnẽ a vicijs purgatã. per ignẽ diuine miſe
ricordie et gracie. et prolem ideſt bonas virtutes percõſequens ge
nerare per quẽ poteris ad eternũ brauiũ peruenire.

Domicianus regnauit prudens valde et per omnia iuſtus.
Quoniã nulli parcebat quin per viam iuſticie tranſiret. Ac
cidit ſemel dum ĩ menſa ſederet venit quidã mercator et ad ianuã
pulſauit. Janitor vero portam aperuit et quid ei placeret queſiuit
At ille mercator ſum. aliqua habeo ad vendendũ vtilia pro pſona
imperatoris. Janitor hec audiẽs eum introduxit. Ille vero impera
torem ſatis humiliter ſalutauit. ait ei imperator. Kariſſime quale
mercaturiũ ad vendendum habes? Et ille. Domine tres ſapiencias.
Qui ait. Et quomodo michi dabis quãlibet ſapienciã? Et ille. Pro
mille florenis. ait rex. Et ſi ſapiencie tue michi nõ proſunt pecuniã
meã perdo? Ait mercator. Domine ſi ſapiencie mee vobis locũ non
optinent pecuniã reddam. Ait imperator. Optime dicis. Dic modo
michi ſapiencias quas michi vendere velis. Et ille. Domine prima
ſapiencia eſt iſta. Quicqd agas prudenter agas et reſpice finem.
Secunda eſt iſta. Nũqᷓ viam publicã dimittas propter ſemitam
Tercia ſapĩa ẽ iſta. Numqᷓ hoſpiciũ ad manendũ de nocte in domo
alicuius accipias vbi dominus domus eſt ſenex et vxor iuuẽcula
Hec tria cuſtodias et bene tibi erit. Rex dedit ei pro qualibet ſapi
encia mille florenos et primã ſapienciã ſcz. Quicqd agas &c. fecit
ſcribi in aula. in camera et in omnibus locis in quibus ambulare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ſolebat et in mappis in quib⁹ comedebat. Poſt hᵉ cito. qa tā iuſtus erat multi de imperio contra eum conſpirabant vt eum occiderent et quia per viā potēcie hoc adimplere non poterant cū barbiton ſore eius loquebāt̄ vt cū barbā eius raderet guttur eius ſcinderet et mercedem hēret. Barbitonſor vero accepta ab eis pecunia fidelit̄ illud adimplere promiſit. Cum vero imperator radi deberet barbi tonſor barbam lauit. Et dum incepit radere reſpexit inferius vidit manutergiū circa collū eius ī quo erat ſcriptū. Quicquid agas ꝛc. Cum barbitonſor ſcripturam legiſſet intra ſe cogitabat. Hodie ſum conductus vt iſtum hominē occidam ſi hoc fecero ſinis meus erit peſſimus quia morte turpiſſima ero cōdempnatus. Quia quicquid agas bonū eſt reſpicere finē vt dicit iſta ſcriptura. Statim manus eius inceperunt tremere ita ꝙ nouacula de manibus eius cecidit. Hoc percipiens rex ait. Dic michi quid tibi eſt. Et ille. O domine miſerere mei. Hodie ſum cōductus ꝑpter preciū te occidere. A caſu ſicut deus voluit ſcripturā manutergij legi ſcʒ quicquit agas ꝛc. Statim cōſideraui ꝙ ſinis meus eſſet mors turpiſſima. et ideo ma nus mee tremebāt. Imperator cum hoc audiſſet intra ſe cogitabat Prima ſapiencia vitā meā ſaluauit. Bona hora preciū pro ea dedi Et ait barbitonſori. Ammodo ſis fidelis tibi remitto. Satrape im perij hoc videntes ꝙ nō poterant per illā viam eū occidere intra ſe tractabant quō eū occiderent et adinuicē dixerunt. Tali die recedet verſus illam ciuitatē. ſimus illo die in ſemita abſconditi per quam tranſitū faciet et eū occidamus. At illi. Bonū eſt cōſiliū. Rex eodē tempore verſus ciuitatē preparabat ſe. Et cum equitaſſet vſqʒ ad ſemitā illam. Dixerunt ei ſui miles. Domine bonū eſt per iſtam ſe mitā tranſire ꝗ̄ per latam viā. quia propinquior eſt. Rex intra ſe cogitabat. ſecunda ſapiencia erat ꝙ nūꝗ̄ viam publicam propter ſemitā dimitterem ſapienciā meam tenebo. Dixitqʒ militibus ſuis Nolo viam publicam dimittere. Vos ergo qui vultis per ſemitam pergere ite et omnia in aduentu meo preparate. Illi vero per ſemi tam perrexerunt et inimici regis cum eſſent in ſemitis credebāt ꝙ

rex inter eos eſſet omnes ſurrexerunt et quotquot inuenerunt occi
derunt. Rex cū hoc audiſſet ait intra ſe. Jam ſecunda ſapiencia mea
vitam meā ſaluauit. Illi de impio videntes ꝙ ꝑ illam eum occidere
non poterant intra ſe conſpirabant quomō eum necarent dixerūtqꝫ
intra ſe. Tali die manebit in domo talis in qua omnes nobiliores
hoſpitātur quia alia non eſt pro hoſpitibus. Cōueniemus precio cū
hoſpite et vxore et cū imperator in ſtratu ſuo iacuerit illum occidemꝰ
At ille. Bonum eſt conſiliū. Cum vero rex ad illā ciuitatē venerat
in eadem domo hoſpitatus erat Fecit ad ſe vocari hoſpitem domus
et cū eū vidiſſet apparuit ſenex valde. Ait imperator. Nūquit vxorē
habes? Et ille. Eciā domine. Qui ait. Oſtende michi eam. quā cum
rex vidiſſet apparuit iuuencula habenſqꝫ. x. viij. annos in etate. Ait
rex camerario ſuo. Perge cito et lectum meū alibi preparato quia
hic non manebo. At ille. Eciā domine. ſed iam parata ſunt omnia
ideo nō eſt bonū alibi iacere eo ꝙ in tota ciuitate non ē pro nobis
hoſpiciū vtilius. et ille. Ego dico tibi ꝙ alibi iacere volo. Statim
camerarius omnia diſponebat. Et rex occulte ad aliū locū acceſſit
et militibꝰ ſuis dixit. Vos qui vultis hic manere poteſtis. ſed mane
ad me accedatis. Cum omnes dormirent ſenex cum vxore ſua ſur
rexit quia precio conducti erant vt regem dormientē occiderent et
omnes milites occiderunt. Mane vero ſurrexit rex et milites ſuos
occiſos inuenit. Ait in corde ſuo. O ſi hic iacuiſſem cum alijs necatꝰ
fuiſſem. Jam tercia ſapiencia vitā meam ſaluauit. Senem cū vxore
et tota familia in patibulo ſuſpendi fecit et q̄diu vixit iſtas tres
ſapiencias ſecū retinuit et vitā beatam finiuit.

Kariſſimi iſte imperator poteſt dici quilibet bonus criſtianus
qui habet imperiū corporis ſui et anime ſue ſeu animā regere
Janitor in porta eſt voluntas libera quia nullum peccatum niſi ſit
voluntariū. Mercator qui uenit ad portā eſt dominꝰ noſter ihesus
criſtus. Juxta illud apocalipſꝫ. Ego ſto ad hoſtiū et pulſo ſi q̇s ape
ruerit michi intrabo ad eum et cenabo cum eo. Vnde cotidie uendit
tibi pro aīa tua tres ſapiencias. Floreni ſunt virtutes aīe. Prima

ſapiēcia ſcꝫ quicquid agas ⁊c. Hoc eſt quicquid facis primo et pricipalit̄ debet eſſe propter deum et non ad laudem temporalem. Iuxta illud prouerbiorum. Memorare nouiſſima tua et ineternū non peccabis. Secunda ſapiencia nolite viam publicā dimittere propter ſemitā Via publica eſt via decem preceptorum quā debes ſemper tenere vſqꝫ ad mortē et numquam per ſemitā male vite ambulare ſicut here tici faciunt. Tercia ſapiencia eſt numquam hoſpiciū ad manendū de nocte in domo alicuius accipias ⁊c. Senex iſte eſt mundus iſte qui habet iuuenculā in vxorē idest vanitatē de die in diem orit̄ imunda et vana vanitas. Unde ſi in mundo hoſpitatus fueris ſine dubio timendū ē de morte quia nemo poteſt deo et mūdo ſeruire. Satrape qui contra regem conſpirauerant ⁊c. ſunt demones qui ſemꝑ nitunt̄ ſpiritualiter occidere. Et ſi non poterunt per ſe loquūtur cū barbi tonſore idest carne que ad modū barbitonſoris radit omnes pilos Caro per voluntatē ſuam radit virtutes quas in baptiſmo homo recepit. Sed ſi homo ad finē ſuum reſpiceret ſcilicet ad mortē qua morte debemus mori vel vbi vel quādo recederet a nobis omnis malus actus. Studeamus ergo iſtas tres virtutes et ſapiencias te nere et ſic poterimus ad eternā brauiū peruenire.

Quidam miles erat qui ſuper omnia venari dilexit. Accidit vno die quod ad venandum perrexit. Occurrit leo claudicans et pedem militi oſtendit. Miles vero de equo deſcendit et ſpinam acutam de eius pede extraxit et vnguentum vulneri appoſuit et ſa natus eſt leo. Poſt hoc vero rex illius regni in eodem nemore a ca ſu venabatur et illum leonē accepit et multis annis ſecum nutriuit Miles ille contra regem forefecit et ad eandem foreſtam fugam pecijt omnes tranſeuntes ſpoliauit et occidit. Rex vero illum cap tiuauit et contra eum ſentenciam dedit vt leoni daretur ad deuo randum et quod nichil aliud ad comedendum ei daretur ad hoc vt militem deuoraret. Miles vero cum in foueam eſſet proiectus mul tum timuit exſpectans horam quando deuoraretur. Leo vero cum intime reſpexit et cum noticiam eius haberet applauſum ei fecit et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ſeptem diebus ſine cibo remanſit. Rex vero cum hoc audiſſet admi
rabatur. Fecit militē de fouea extrahi et ait ei. Dic michi kariſſime
quō poterit hoc eſſe ꝙ leo tibi non nocuit. Qui ait. Domine a caſu
per foreſtam equitaui leo iſte claudicans michi occurrebat. Ego
vero ſpinā de pede eius extraxi et vulnus ſanaui. et ideo vt credo
michi parcit. Ait rex. Ex quo leo non nocuit tibi ego tibi parcam
ām̄odo ſtudeas vitā tuā corrigere. Ille vero gracias regi reddidit et
poſt hoc in omnibus eſt emendatus et finiuit vitā ſuā in pace.

Moralizacio.

KAriſſimi miles iſte qui venatus eſt. eſt homo mundanus qui
cotidie ſtudet quō bona mūdana poterit acquirere. Leo clau
dicans eſt totū genus humanū qđ per peccatū primi parētis clau
dicabat quā ſpinā ideſt peccatū originale ꝑ baptiſmū erat extractū
et cum vnguēto bonaꝝ virtutū ſaluatū. Poſt hoc miles cōtra regē
deum omnipotentē ſurgit quociens mortaliter peccat et virtutibus
ſpoliatur quas ī baptiſmo recepit. ſed leo ſcꝫ genus humanū capit᷑
quociens diuinis p̄ceptis obligat᷑ et in fouea penitencie proicitur.
Si vero miles homo ſcꝫ peccator ī eadem fouea proicit᷑ omne malū
ei euenire poterit ymmo bonū quia ſalutem anime poſſumus pro
merere ad quā nos perducat ꝛc.

THeodoſius regnauit prudens valde qui lumen oculoꝝ amiſe
rat qui quandā legem dedit ꝙ quedam campana in palacio
eſſet poſita. Et quicūqꝫ cauſam aliquā tractare haberet cordā cam
pane proprijs manibus pulſaret. Ad cuius pulſationē iudex ad hoc
cōſtitutus deſcenderet et vnicuiqꝫ iuſticiā faceret. Erat autē quidā
ſerpēs qui ſub corda campane nidum fecerat. et infra tēpus breue
pullos produxit. Et cum pulli ambulare poterāt perrexit quodam
die ad ſpaciandum cum pullis extra ciuitatem. Cum vero ſerpens
abſens eſſet bufo nidum eius intrauit et occupauit. Serpens cum
pullis rediens et bufonem nidum occupantem videns contra eum
pugnauit ſed bufonē deuincere non poterat et ſic bufo nidum occu
pauit. Serpens cum hoc vidiſſet caudam ſuā circa cordā campane

inuoluit et fortiter traxit ac pulſauit ac ſi diceret. Deſcēde iudex et
fac michi iuſticiā quia iniuſte buſo nidum meū occupat. Iudex cū
campanā audiſſet deſcendit et neminē videns iterato aſcēdit. Hoc
videns ſerpens iterū pulſauit. Iudex hoc audiens deſcendit et cū
ſerpentē cordā trahentē vidiſſet et buſonē locū eius occupantem
aſcendit et totū regi denūciauit. Ait ei rex. Deſcende et non tantū
buſonē expelle ſed illum occide vt ſerpens locū ſuū occupet quod
et factū eſt per omnia. Poſt hec vero vna dierū cum rex in ſtratu
ſuo iacuiſſet ſerpens camerā ſuā intrauit portās in ore ſuo lapidem
precioſum. Hoc cū vidiſſent ſerui regi dixerunt de introitu ſerpētis
At ille. Nolite eum impedire credo ꝙ nullum malū michi faciet.
Serpens ſuper lectū eius aſcendit et verſus faciem eius ꝑrexit. Cū
vero ad oculos veniſſet lapidem ſuꝑ os cadere permiſit et ſtatī ca
merā exiuit. Cum vero lapis duos oculos eius tetigiſſet rex clarū
viſum recepit. Non modicū gaudens ſerpentē requiri fecit ſed non
eſt inuentus. Lapidem ſecum cuſtodiuit et vitam in pace finiuit.

Moralizacio.

KAriſſimi rex iſte poteſt dici quilibet homo mundanus qui
tenetur regere ſeipſum. et tamen cecus eſt quantū ad ſpiritu
alia ſed videns clare quantum ad temporalia. Campana ſuſpenſa
eſt lingua predicatoris que certis temporibus debet pulſari. Corda
cāpane eſt ſacra ſcriptura ꝑ quā predicator habet deſcendere et vir
tutes atqꝫ vicia intimare quomō peccatores ꝑ virtutes poterūt ad
celum aſcendere et per peccata in infernū introire. Serpens q̄ fecit
nidū ſub corda campane eſt diſcretus cōfeſſor qui habet ſe ponere
ſub ſacra ſcriptura et ī nido ideſt in corde peccatoris pullos ideſt bo
nas virtutes ꝓducere. Si vero aliquis ſenſus per peccatū ſit inui
ciatus ideſt īfectus habet cordā ſacre ſcripture pulſare. Tunc iudex
ideſt racio debet deſcendere et omnia per verā cōfeſſionē excutere
et corrigere. Sed ſepe cōtingit ꝙ p̄lati et confeſſores ſunt tepidi
et negligētes et ꝑgunt extra ad mūdana et ſic ſubditi manēt ī pi
culo. Quia tūc buſo idē dyabolꝰ locū occupat. Quid ergo ē faciēd

Certe vt confeſſoꝛ redeat ad peccatoꝛē ducendo ſecum pullos ideſt
bonas virtutes. Serpens habet duo. Poꝛtat venenū penitēcie et
antidotū abſolutionis ſalutis anime et debet contra dyabolū pug
nare infoꝛmando peccatoꝛē quō dyabolo eſt reſiſtendū et ſic eū de
coꝛde peccatoꝛis expelles. Deinde ſerpens lapidem poꝛtauit ꝛc̄. Sic
diſcretus confeſſoꝛ per ſacram ſcripturam debet peccatoꝛi lapidem
ideſt criſtū dare de cuius virtute viſum ſpiritualem poteſt recipere
et ꝑconſequens vitam eternā obtinere.

OLim erant tres ſocij qui ad peregrinandū pergebāt. Accidit
ꝙ cibaria pꝛeter vnū panem inuenire non poterant et erāt
famelici valde. Dixerunt adinuicem. Si iſte panis in tres partes di
uidatur vnicuiqꝫ pars nō ſufficeret ex noſtris ad ſaturandū. Habe
amus ergo ſanū conſiliū quō debeamus de iſto pane diſponere. Ait
vnus. Hic ī via doꝛmiemꝰ et quilibet ſompniū habeat et qui maiꝰ
mirabile viderit ille totū panē habeat. Reſponderūt alij duo. Bonū
eſt conſiliū. Et inceperunt doꝛmire. Ille qui cōſiliū dederat ſurrexit
et ipſis doꝛmiētibꝰ panem totaliter comedit nec vnicā micā ſocijs
ſuis dimiſit. Hoc facto ſocios ſuos excitauit dicēs. Surgite velocit̄
tempus eſt. vt quilibet ſompniū ſuum dicat. Ait pꝛimus. Kariſſimi
mirabile ſompnū vidi ſcꝫ vnā ſcalā auream de celo deſcendētem per
quā angeli aſcenderunt et deſcenderunt et animā meā vſqꝫ ad celū
de coꝛpoꝛe meo extraxerunt. Quādo ibi eram patrem et filiū et ſpm̄
ſanctū vidi et tantū gaudiū circa animā meam erat qđ oculos non
vidit nec auris audiuit qđ ibidem percepi. Et iſtud eſt ſompnium
meū. Ait ſecūdus. Et ego vidi ꝙ demones cū inſtrumentis ferreis
ac ignitis aīam meam de coꝛpoꝛe meo traxerunt et ibidē me male
tractauerunt et dixerūt ꝙ̃diu deus regnat in celo ꝑmanebis in iſto
loco. Ait tercius. Audite ſompnū meum. Videbat̃ michi ꝙ quidam
angelus ad me venit et ait. Kariſſime vis videre vbi ſunt ſocij tui
Reſpondi. Eciam dn̄e. Inter nos habemus vnum panem diuidere
timeo ꝙ cum pane receſſerunt. At ille. Non eſt ita ſed panis iuxta
vos eſt ſequamini me. Duxit me ad poꝛtā celi et caput meum tantū

ſecundū preceptum ſuum iſta portam poſui et vidi te et videbatur
michi ꝙ ad celum raptus fuiſti et ſederes in throno aureo et multa
cibaria ac vina optima ante te. Dixitqꝫ angelus michi. Ecce ſociꝰ
tuus habundat in omni gaudio et cibarijs et ibidem in eternū per
manebit quia qui ſemel regnū celeſte intrauerit exire non poterit
Jam mecum veni et oſtendam tibi vbi alius ſocius tuus eſt. Cum
vero ſecutus illum fuiſſem duxit me ad portas īferni et ibi vidi te
ſicut dixiſti in penis grauiſſimis . Et cum tibi ātea cotidie miniſtra
batur panis et vinū in magna copia tūc a te queſiui. O kariſſime
ſocie michi diſplicet ꝙ ī iſtis peīs iaces. Tu vero reſpōdiſti michi
ꝙ q̄diu deus regnat in celo hic ꝑmanebo quia hoc merui. Surge
ergo cito et totū panem comede q̄a āmodo nec me nec ſociū noſtrū
videbis. Ego vero cum vidi ſurrexi et ſicut dixiſti panē comedi.

KAriſſimi per iſtos tres ſocios tria genera hominū intelligere
debemus. Per primū ſarracenos et iudeos. Per ſecundū di
uites ac potentes huius mundi. Per terciū viros perfectos ſicut
ſunt religioſi ac ceteri homines deū timentes. Per panē rotundum
regnū celeſte intelligere debemus. Panis iſte ſcꝫ regnū celeſte diui
ditur ī tria genera hominū ſcd̄m merita ſua aliqui maiꝰ aliq̄ minꝰ.
Primi ſcꝫ ſarraceni ac iudei dormiunt in peccatis ſuis et credunt
celū habere. ſarraceni ꝑ ꝓmiſſionē machomethi cuiꝰ legem tenent
qui eis promiſit ī celo regnare. Judei etiā credunt ꝑ legē moſaycā
illud obtinere. Iſta credicio eſt quaſi ſompnus. ſecūdus ſocius qui
ſompniauit ſe eſſe in inferno ſunt iſti diuites ac huiꝰ mūdi potētes
qui ſine alliqua dubitatione per predicatores ac confeſſores ſciūt
ꝙ ſi in peccatis ſine cōtricione decedūt ꝙ ad infernū deſcendent et
ibi eternaliter punietur. Et hoc non obſtante peccata ſuꝑ peccata
accumulāt. Et ideo de diuitibus ſcribitur. Ubi ſunt potentes mūdi
huiꝰ qui cū canibus et auibꝰ ludebant? Mortui ſunt et ad infernū
deſcēderūt. Terciꝰ ſocius ſcꝫ criſtianꝰ q̇ nō in peccatis nec in mala
fide dormit ſed in bonis operibꝰ vigilat ꝑ cōſiliū angelici. ſpūs ſcī
dona vitā ſuā ſic dirigit vt panē. ſ. regnū celeſte habeat. Qo q̄d ꝛc.

ERat quedam ymago in ciuitate romana que rectis pedibus ſtabat. habebatq3 manū dexterā extenſam et ſuper medium digitum erat ſuperſcriptio talis. Percute hic. Ymago iſta a longo tēpore ſic ſtabat eo ꝙ nullus ſciebat quid hoc ſignificaret. ꝑcute hic. Multi admirati ſunt et ſepius ad ymaginē venerunt titulum reſpiciendo et ſic receſſerūt quia ſupſcriptionē penitus ignorabāt Erat quidā cleric9 ſubtilis valde qui cū de ymagine audiſſet multū ſollicitus erat eam videre. Dum autē eum vidiſſet et ſubſcriptionē legiſſet ꝑcute hic videnſq3 ſolem ſuper ymaginē per ſolis vmbram digitū diſcernebat. Per quem dicebat. ꝑcute hic. Statim ligonem accepit et vix per diſtāciā triū pedum fodiebat et quoſ-ā grad9 deſcēdentes inueniebat. Clericus nō modicū gaudens deſup gradati deſcendit quouſq3 ſub terra nobile palaciū inuenit et aulā intrauit Videnſq3 regē et reginā et multos nobiles ī mēſa ſedentes reſpexit et circūquaq3 totā aulam plenā hominib9 et oēs erant veſtimētis precioſis induti et nullus ex omnibus vnicū verbū ei loquebatur Reſpexitq3 ad vnū angulū et vidit lapidem politū qui vocatur carbūculus a quo tota domus lumē recepit. Et ex oppoſito carbunculi in angulo hominē ſtantē habentemq3 in manu ſua arcū paratum cū ſagitta ad ꝑcuciendū et in fronte eius erat ſcriptū. Ego ſum q̊ ſum Nullus arcum vitare poterit et precipue carbūculus ille q̊ relucet tā ſplēdide. Clericus cum hoc vidiſſet admirabat̄. camerā intrauit mulieres pulcherrimas in purpura et pallio operantes inuenit et nullum verbum ei dixerūt. Deinde ſtabulum equoꝝ intrauit et optimos equos et azinos et ſic de ceteris īuenit. Eos tetigit et ad tactū ſuū lapides apparuerūt. Hoc facto oīa habitacula palacij viſitauit et quicq̊t coꝛ eius deſiderabat hoc īuenit. Deinde ſicut prius aulā intrauit et de receſſu cogitabat ac in corde ſuo dicebat. Mirabilia vidi hodie. et quicq̊t coꝛ deſiderat hoc poterat inuenire. Verūptn̄ nullus dictis meis credet de iſtis que vidi. Et ideo bonum eſt ī ſignū veritatis aliquid mecum portare. Ad menſam ſuperiorem reſpexit ciphos aureos ac cultellos optimos vidit ad menſam acceſſit vnum

ciphū cū cultello de menſa leuauit vt ſecum portaret. Cum vero in ſinu ſuo collocaſſet. ymago que in angulo cū arcu et ſagitta ſtabat ad carbunculū ſagittā direxit et illū percuſſit et in multas partes diuiſit. Incōtinēti tota aula facta eſt ſicut nox tenebroſa. Clericus videns totaliter ē cōtriſtatꝰ viā exeūdi propter nimiā obſcuritatē inuenire nō poterat. Et ſic in eodem palacio miſera morte mortuꝰ ē

KArissimi iſta ymago que dicit ꝑcute hic eſt dyabolus circuit querens quē deuoret q̄ habet manū extenſam ideſt ptātē ſuꝑ peccatores decipiendos qui dicit ꝑcute hic ideſt homini auaro dic ꝑcute h. in terra bona mūdana appetēdo. cor tuū in terrenis ponēdo Clericus qui venerat poſtꝙ alij receſſerunt eſt homo cupidus ſiue auarus quia ſicut bonus clericus die ac nocte ſtudet vt ſciēciā ſibi ipſi imprimat et alios doceat nec ſaciari poterit quin ſemper noua inueniet. Eodem modo homo cupidus die ac nocte ſtudet ī terra in mari quō poterit bona mūdana acquirere nec oculi ſaciant̄. Et ideo contra tales dicit ſeneca. Cum omnia peccata ſeneſcunt ſola cupiditas iuueneſcit. Illi qui venerūt ad ymaginē ſunt boni criſtiani et ꝑcipue religioſi qui mundū reſpiciūt quantū ad victū et veſtitū et ſic recedūt nec ſuꝑſcriptionē dyaboli curāt talis pericula euadēt Clericus vero ꝑ vmbrā digiti ī terra percuſſit ſic auarus ꝑ vmbrā ſcʒ mundi vanitatē que eſt q̄ſi vmbra tranſiens accipit ligonē ideſt corpus cōdenſum aſſenſum ac ītellectū ꝑ que diuicias mūdi incipit fodere. Cū vero gradus inuenit deſcendit. Primus gradus ē ſuꝑbia ſecundus cōcupiſcencia oculoꝝ. Tercius cōcupiſcencia carnis. Per iſtos gradus et alios diuerſos cupidus deſcēdit et pulchrū palaciū vt ei videt̄ plenū hoībꝰ ac vanitatibꝰ īuenit ſcʒ mundū iſtum in q̊ et ī quibꝰ miſer hō miro modo delectat̄. Ymago que cū arcu ſtabat ē mors q̄ ſemꝑ ē ꝑata quēlibet noſtrū ꝑcutere ſicut dicit ſcriptura in frōte. Ego ſum ſcʒ mors que ſum a multo tempore in mundo iſto introducta per peccatū primi parētis. Et nullus poterit ꝙtūcumqʒ diues generoſus et fortis arcum meū euadere. Carbūculus eſt vita hominis. Quā diu vita in eo manet dat ei lumen carbunculus ideſt

vitam habere ſed tamen auarus melius credit ac ſperat viuere. Et bona mūdana que intelligunt̄ per ciphum et cultellum in ſinu ſuo ſcilicet in archa ſua īcludere. Veniet mors et percuciet cum ſagitta ideſt cum graui īfirmitate vitam tuā et ſtatī fit obſcuritas in tantū ꝙ omnes ſenſus lumen ſuum ac virtutem amittūt et iacet corpus ibi mortuum et miſerabiliter quia īfra triduū incipit fetere. Tunc dyabolus animā rapit. Amici et cōſanguinei bona ſua que cū male dictione acquiſiuit obtinebūt terra ac vermes corpus ouccupabūt Et ſic nichil peccatori reliqt̄ niſi pena eterna. Studeamꝰ ergo ꝛc.

Erat quidam imperator. In cuius imperio erant duo latrōes adinuicem cōfederati iuramento vt nullus aliū dimitteret in neceſſitate ſed quilibet pro altero vitā poneret. Multa mala adin uicem perpetrauerūt ſcilicet furtum et homicidiū. Accidit ſemel ꝙ vnus ſine altero et eo abſente cum furto captus erat et in carcere ī compedibꝰ poſitus. Qd̄ audiens ſocius eius alter latro ad eū veīt et dixit. Kariſſime ſocie dic michi in fide legati ſumus. At ille vt michi videtur mori debeo quia cōprehēſus ſum cū furto. Si velles tantū facere iſtud qd̄ tibi dixero ſemper eſſem tibi obligatꝰ. Vxorē et paruulos ac familiam habeo de eis nichil ordinaui nec de bonis meis. ſi ī loco meo poſſes expectare in carcere et ſi poteris a iudice inquirere. Domi vadam et de vxore et familia et de bonis meis ordi nabo et tempore debito reuertar et liberabo te. At ille Iſtud ſatis fideliter adimplebo. Perrexit ad iudicem et ait. Domine mi amicꝰ meus captus eſt et in carcere poſitus mortem vt credo euadere non poteſt. Si placet tantum vnam peticionem a vobis peto vt eum licencietis ꝙ ad domum propriā accedere poteſt vt ante mortē ſuā de vxore et familia poterit diſponere. Ego vero vt de eo ſis ſecurus loco ſuo ī carcere remanebo donec venerit. Ait iudex. Tali die iudi ciū de eo ac de aliĳs fiet. Si vero eodē die non venerit quid ad hoc reſpōdebis? At ille. Domine omnem ſecuritatē que tibi placet adim plebo ꝙ ſi nō venerit pro eius amore mortem ſuſtinebo. Ait iudex Peticionē tuā exaudiā ita tamen ꝙ te in vinculis habeā quouſꝫ

ipſe redierint. Et ille. Bene placet michi. Tunc iudex priſtum poſuit
ī carcere et aliū libere miſit abire. Ille vero domi receſſit de vxore
prole et familia ordinauit et tam diu expectauit ꝙ ad tres dies
iudicij ī qua omnes malefactores coram iudice ſunt preſentati et
īter alios ille qui prompte ſe carceri obtulit pro amico ſuo eſt pre
ſentatus. Ait ei iudex. Vbi ē amicus tuus qui hodie deberet redire
et te liberare ac ſaluare? At ille. Dn̄e ſpo ꝙ nō deficiet. Iudex vero
diu exſpectabat ſi veniret et non venit et ſtatim dedit pro ſentēcia
vt ad patibulū duceretur. et ſic factū eſt. Cum vero ad patibulū
veniſſet. ait ei iudex. Kariſſime imputes tibi et non michi ꝙ nunc
morieris. Dixiſti ꝙ amicus tu⁹ veniret et te liberaret. At ille. Dn̄e
ex quo mori debeo inſtāter peto vt ante mortē meā pulſare potero
At iudex. Cui⁹modi pulſacio eſt illa? Quia ait. Ante mortem meā
trib⁹ vicib⁹ clamare. Et ille. Michi placet. Ille incepit alta voce
clamare primo ſecūdo tercio. et reſpexit circūquaqꝫ et hoīem agili
curſu veniētē vidit alonge et ait iudici. Mortē meā differas. Ecce
hominē veniētē video forte ipſe eſt ſocius meus qui me hodie libe
rabit. Iudex vero cum ipſum veniētē audiſſet exſpectauit. et ecce
ſocius eius venit et ait. O domine ego ſum ille qui de bonis meis
vxori et amicis meis diſpoſui et amicus meus interim in periculo
mortis pro me ſtetit. Illum libere ꝑmittas abire quia paratus ſum
pro peccatis meis mortē ſuſtinere. Iudex reſpexit eū et ait. O kme
dic michi cauſam quare adinuicem eſtis tam fideles. Et ille. Dn̄e
a puericia quilibet alteri fidem dedit vt in omnibus fideles eſſem⁹
Et hec eſt cauſa quare ipſe in loco meo ſe poſuit quouſqꝫ de domo
mea ordinaſſem. Iudex ait. Ex quo ita eſt tibi mortem remitto et
ſitis michi fideles de cetero mecū manebitis et de plēda neceſſaria
vobis ꝓuidebo ꝑ oīa. At illi. Dn̄e omnē fidelitatē āmodo ꝓmittim⁹
vobis. Iudex igit̄ eos recepit ad graciam et oēs iudicē laudabant
qui fecit eis talem miſericordiā.

Moralizacio.

Kariſſimi iſte imperator eſt pater celeſtis duo latrones aīa
et corpus q̄ facti ſunt ꝑ pcc̄m ſocij ſed in baptiſmo adinuicē

vniti ita ꝙ quilibet dedit alteri fidē aliū in neceſſitate nō deficere
qn̄ dixerunt. Abrenuncio dyabolo et pompis eius et poſt hoc facti
ſunt ſocij in omnibꝰ operibꝰ. Sed vnus ſine altero eſt captus et for
titer aduinculatus. Quando homo mortaliter peccat aīa ſub iugo
dyaboli manet. Alter ſocius ſcilicet corpus hincinde in delicijs ſuis
vacat. Sed bonus criſtianus deo dilectus cum intelligit ꝙ anima
in peccatis iacet et ꝑcōſequens in carcere dyaboli. habet ſe offerre
loco eius hoc eſt in loco penitencie ꝑmanere quouſqꝫ aīa ad vxorē
ideſt ad cōſcienciā ꝑgat Et cum ea diſponat de prole et familia ideſt
de diuinis p̄ceptis et peccatis quid et quantū contra diuina p̄cepta
deliquit et quādiu ī peccatis ꝑmanſit et pro quolibet peccato debꝫ
ſatiſfacere deo. Sed dic michi quō. Certe ꝑ orationē ieiuniū et ele
moſinam. Interim corpus debet clamare trina vice. Prima vox eſt
amara contricio. Secunda vox integra confeſſio. Tercia vox plena
ſatiſfactio. Statim ad iſtos clamores anima que iam domū conſci
encie diſpoſuit ad te veniet in forma debita et ambo ſcꝫ corpus et
aīa regnabūt in eterna tabernacula. Ad que nos ducat dn̄s nr̄ ꝛc.

Quidā faber diues iuxta mare in quadā ciuitate manēs valde
auarꝰ et malus erat et multā pecuniā collegit et vnū trūcū
impleuit et ipſum iuxta ignē poſuit in conſpectu omniū vt nullus
de eo ſuſpicionē haberet ꝙ pecunias haberet. Accidit ſemel cum
oēs eſſent ſompno oppreſſi mare domū intrauit in tantū ꝙ trūcus
cum pecunia natabat et quando mare receſſit truncū ſecum abſtulit
et ſic truncus natabat in mare ꝑ multa miliaria quouſqꝫ ꝑuenerat
ad vnā ciuitatem in qua erat quidam homo qui cōmunue hoſpiciū
tenebat vel habebat. Homo ille mane ſurrexit vidēs truncū natare
ad terram duxit credens nichil aliud eſſe q̄ quoddā lignum ab ali
quo proiectū vel derelictū. Ille homo erat valde liberalis et largus
erga pauperes et peregrinos. Accidit vna dierū ꝙ aliqui in eius
domo hoſpitati ſunt et erat tempus frigidiſſimū. Hoſpes cū ſecuri
lignū ſcindit et poſt tres vel quatuor ictus ſonitum audiuit. Deīde
ſcindens et pecuniam inueniens gauiſus eſt. ſub cuſtodia poſuit ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

aliquis veniret cuius eſſent reddere vellet. Faber vero de ciuitate
in ciuitatem iuit querendo pecunias ſuas et venit ad ciuitatem et
ad domum hoſpitis qui truncū inuenit. Cum mencionem de trunco
perdito faceret audiēs hoſpes intellexit ꝙ pecunia eiꝰ fuit et cogi
tauit. Jam pꝛobabo. ſi voluntas dei fuerit vt pecuniam ei reddam
Fecit fieri hoſpes tres paſtillos de pane. Primū impleuit de terra.
Secundū oſſibus moꝛtuoꝝ. Terciū de pecunia quā inuenit ī trūco
Hoc fcō dixit fabro volumꝰ comedere tres bonos paſtillos de optīs
carnibꝰ quas habeo. quēcūq; elegeris ſufficienciā habebis. Faber
vero vnū poſt aliū leuauit. paſtillū plenū terra magis ponderantē
īuenit et illum elegit. Et ait hoſpiti. Si plus indigeo illū. ſecūdū
eligo. ponens manū ſup paſtillū plenū de oſſibꝰ moꝛtuoꝝ. tercium
paſtillū tibi habeas. Hoſpes hoc videns. in corde ſuo dicebat. Jam
clare video ꝙ voluntas dei non eſt. ꝙ ille miſer pecuniam habeat
Statim pauperes ac debiles cecos et claudos vocauit et ī p̄ſencia
fabri paſtillū aperuit. et ait Ecce miſer pecuniā tuā quā manibus
tuis tradidi. tu pocius paſtillos de terra et de oſſibꝰ moꝛtuoꝝ elegiſti
Et bene quia deo nō placuit vt pecuniā illam rehaberes. Hoſpes
ſtatim coram ſuis oculis. totam pecuniā inter pauperes diuiſit. Et
ſic faber cum confuſione magna receſſit.

Kariſſimi faber iſte poteſt dici quilibet homo mundanus qui
pocius nitit᷑ mūdo ſeruire ꝙ̄ creatoꝛi noſtro. Per trūcū iſtū
vndiq; clauſum coꝛ cuiuſcūq; auari intelligit᷑ qđ ſin ꝑ eſt clauſum
quo ad celeſtia. Pecunia incluſa ſunt quedā opa meritoria q̄ aliqn̄
miſer hō cōmittit ex timoꝛe dei cōpulſus. Mare qđ fluit et refluit ē
mūd᷑ vꝫ iſte qui rapit de coꝛde auari q̄tquid boni cōmiſerat. non tm̄
virtutes q̄s in baptiſmo recepit ſed eciā bonas cogitacioēs coꝛdis
math. vi. Vbi ē theſaurꝰ tuꝰ ibi ē et coꝛ tuū. Hoſpes q̇ trūcū iueīt
ē bonꝰ p̄latꝰ vel cōfeſſoꝛ diſcretꝰ q̇ tenet᷑ circa pecōꝛē diligēciā hr̄e
et eoꝝ coꝛda et fcā ſcrutari et inueſtigare quō poterūt ad viā recti
tudinis duci. Vn̄ hō tenet᷑ ſeq̇ ꝑ quā poterit ſalutē inuenire. ſcꝫ ad
cōfeſſionē currere et in domo ecc̄ie hoſpitari. eiꝰ p̄ceptis obedire.

Tunc confeſſor debet eis tres paſtillos oſtendere vt vnū eligāt de iſtis per quē famē peccati extinguere poſſet. Primus eni paſtillus erat plenus terra. et deſignat mundū. Quē ſi mūdanus hō elegerit In vita iſta nichil aliud inueniet niſi terrā puram ideſt ſepulchrū vix ſeptem pedes continens . Quia omne qđ eſt in mundo aut eſt ſupbia vite aut cōcupiſcencia oculoꝝ aut cōcupiſcētia carnis ymmo totus mundus eſt in maligno poſitus. Ergo ve illis qui mundana eligunt. Memento ergo homo quia cinis es et in cinerē reuerteris Secūdus paſtillus erat plenus oſſibus mortuoꝝ et ſignat carnem ideſt carnales hoīes vt ſunt ocioſi guloſi luxurioſi. Qui cum omni ſtudio intendunt carni placere. Contra tales dicit apoſto. Si ſcđm carnē vixeritis moriemini. Tunc īuenietis opera veſtra quaſi oſſa arida que nichil aliud valent niſi vt cōburantur. Ve ergo illis qui illum paſtillum ſcilicet carnales delicias eligūt. Tercius paſtillus erat plenus argento et auro puro et ille deſignat celum empireū in quo eſt theſaurus infinitus. Pauci ſunt reſpectiue qui manū ad illū paſtillū ponāt. Vnde math. Lata ē via que ducit ad inferos. ſtricta que ducit ad celum. Ideo pauci per eam ambulant. Quid ergo eſt faciendū? Certe vocari pauperes et debiles ideſt iuſtos et ſanctos qui in vita iſta per tribulationes multas propter deum tranſierūt et multas miſerias ſuſtinuerunt. Talibus dicetur illud math. xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnū qđ vobis paratum eſt Ad quod nos perducat ꝛc.

Traianus imperator regnauit in cuius imperio erat quidam miles nomine placidus et qui erat magiſter milicie ex parte imperatoris. Iſte erat in operibꝰ miſericordie valde aſſiduus ſed tñ ydoloꝝ cultui deditus. Habebat autem vxorem eiuſdem ritus et miſericordie exiſtentē duoſqȝ filios ex ea procreauit quos iuxta ſuā nobilitatē magnifice educari fecit. Et quia operibus ſedule inſiſtebat ad viam veritatis meruit illuſtrari. Quadā enim die cū venacioni inſiſteret gregem ceruorū repperit inter quos vnum ceteris ſpecioſiorē et maiorem conſpexit qui ab alioꝝ ſocietate diſcedens

[m]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

in ſiluam vaſtiorē ꝓſilijt. Vnde cū alij milites circa reliquos ceruos
occupati eſſent placidus illum toto viſu inſequitur et ipſum capere
nitebaꝶ. Quem cū totis viribus īſequeretur. ceruus tandem ſuper
quandam rupis altitudinem conſcendit et placidus appropians
qualiter eum capere poſſet in animo ſedule cogitauit. Qui cum
ceruū diligenter inſpiceret vidit inter cornua eius formam ſancte
crucis ſupra ſolis claritatē fulgentē et ymaginē ihesu criſti qui per
os cerui ſicut olim per aſinam balaam. ſic ei locutus eſt dicens. O
placide quid me inſequeris? Ego tui gracia in hoc animali apparui
tibi Ego ſum criſtꝰ quē tu ignorāter colis. Elimoſine tue corā me
aſcenderunt. et ob hoc veni vt per hunc ceruū quē venaris ego q̄ꝫ
ipſe venarer te. Alij tamē dicunt ꝙ ipſa ymago que inter cornua
cerui apparuit hec verba protulit. Hoc audiens placidus nimis ter
rore correptus eſt. De equo in terrā cecidit. et poſt vnā horā ad ſe
rediens de terra ſurrexit et ait. Reuela michi quid loqueris et ſic
credā in te. Et ait criſtus. Ego ſum criſtꝰ placide. qui celū et terrā
creaui qui lucem oriri feci et a tenebris diuiſi qui tempora dies et
annos conſtitui qui hominē de limo terre formaui q̄ propter ſalutē
humani generis in terris ī carne apparui. qui crucifixus et ſepultꝰ
tercia die ſurrexi. Audiens hec placidus iterū in terrā cecidit et ait
Credo domine ꝙ tu es qui omnia feciſti. et qui errantes conuertis
Et dixit ad eū dominus. Si credis vade ad epiſcopū ciuitatis et te
baptizari facias. Cui placidus. Vis domine. vt hec eadem nunciem
vxori mee et filijs. vt et ipſi pariter in te credant? Cui dn̄s. Nūcia
illis vt et ipſi pariter tecū mūdeꝶ. Tu q̄ꝫ die craſtina huc venias vt
tibi rurſus apparea͂ et que futura ſunt plenius pādā. Cū ergo placi
dus domi veniſſet et hec vxori in lecto renūciaſſet exclamauit vx
or eius dicens. Dn̄e mi et ego alia nocte tranſacta vidi eū dicentē
michi. Cras tu et vir tuꝰ et filij tui ad me venietis. Et nunc cogno
ui ꝙ ipſe eſt criſtus. Perrexerunt ergo media nocte ad epiſcopum
ciuitatis rome q̄ eos cū gaudio magno baptiſauit et placidū voca
uit euſtachiū. vxorē theoſbita et filios eius theoſbitū et agapitū.

Mane facto euſtachius ſicut conſueuerat ad venacionem proceſſit
et prope locū veniens milites ſuos quaſi ſub obtentu inueſtigande
venacionis diſperſit. Statimqꝫ in loco formā prime viſionis aſpexit
cadenſqꝫ in terram in faciem ſuā dixit. Supplico tibi domine vt ma
nifeſtes que promiſeras ſeruo tuo. Cui dn̄s. Beatus es euſtachi qui
accepiſti lauacrū gracie mee qui medidianū ſuperaſti. et modo eum
qui te deceperat conculcaſti. Modo apparebit fides tua. Dyabolus
enim eo ꝙ ipſum dereliquiſti. contra te ſeue et varijs modis armat̄
Oportet enī te multa ſuſtinere. vt accipias coronā victorie. Opor
tet te multa pati vt de alta ſeculi vanitate humilieris et rurſus in
ſpiritualibꝰ diuicijs exalteris. Tu ergo ne deficias nec ad gloriam
priſtinam reſpicias quia per temptaciones oportet te alterū iob de
monſtrari. Sed cū humiliatus fueris veniā ad te in gloriā priſtinā
te reſtituā. Dic ergo michi ſi temptaciones modo vis ſuſtinere. aut
in fine vite tue. Dicit ei euſtachius. Domine ſi oportet ita fieri mō
iube temptacionē accedere ſed virtutē paciencie tribue. Cui dn̄s
Eſto. quia gracia mea cuſtodiet animas veſtras. Sicqꝫ dominus in
celum aſcendit et euſtachius domi rediens. hec vxori ſue nūciauit
Poſt paucos igit̄ dies mors peſtifera cunctos ſeruos et ancillas in
uaſit et vīuerſos occidit. Deīde poſt paucos alios dies omnes equi
et omnia eius pecora ſubito interierunt. Quidā autē ſceleſtes eius
depredacionē videntes et per noctem in domū eius irruentes cūcta
que repperierūt aſportauerūt et totā domū auro et argento et rebꝰ
alijs ſpoliauerunt. Et ipſe cum vxore ſua et filijs gracias deo agen
tes nocte nudus aufugit. Qui ruborem verentes egiptum pergebāt
totaqꝫ eius poſſeſſio per rapinam malorū ad nichilum eſt redacta.
Rex autē totuſqꝫ ſenatus ꝓ magiſtro militum tam ſtrēnuo multum
dolebant eo ꝙ nullū iudicium de eo reperiri poterat. Cum autem
iter agerent appropinquauerunt mari et inuenientes nauim in ea
nauigare ceperunt. Videns autē domirus nauis vxorē euſtachij ꝙ
pulchra eſſet nimis ipſā habere deſiderauit. Cū vero tranſfretaſſent
naulum ab eo exigebat. Non habentibus illis vnde ſoluerent iuſſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

pro naulo retinere vxorem volenſqꝫ eam ſecum habere. Quod vt euſtachius audiuit nullatenꝰ conſentire voluit. Diu eo cõtradicẽte innuit dñs nautis ſuis vt eũ in mare precipitarent vt ſic vxorem ſuam habere poſſet. Qd cum euſtachius cõpariſſet vxorẽ eiꝰ triſtis reliquit et duos infantes accipiens ingemiſcens ibat dicens. Ve m̃ et vobis quia mater vr̃a alienigene marito tradita ẽ. Perueniẽſqꝫ ad quendã fluuiũ propter aquaꝝ hab undanciã non eſt auſus cum duobus filijs flumẽ ꝑtranſire ſed vno circa ripam fluminis relicto alterũ tranſportabat. Qui cũ fluuiũ tranſfretaſſet illũ infantẽ quẽ baiulauerat ſuper terram poſuit et ad accipiendũ aliũ feſtinauit. Cum autem circa medium fluminis peruenisset. ecce lupus concitus venit et infantẽ quẽ depoſuerat rapiens in ſiluam fugit. Qui de eo deſperatus ad aliũ feſtinauit. Sed cum abiret leo aduenit et alterũ infantem rapiens abijt. Unde cum ſequi non valens cum eſſet in medio fluminis cepit plangere et capillos ſuos euellere. volens ſe in aquã proicere. niſi ipſum diuina ꝓuidencia cõſeruaſſet. Paſtores autẽ videntes leonẽ puerũ viuũ portantẽ. eum cum canibus inſecuti ſunt. Per diuinã autẽ diſpenſacionẽ. Leo puerũ illeſum abiciens receſſit. Quidã inſuper aratores poſt lupum clamantes de eius faucibus alium puerum incolumẽ liberabant. Utriqꝫ vero paſtores et aratores de vno vico fuerunt et penes ſe pueros nutrierunt. Hoc autem euſtachius neſciebat. Sed merens ac plorans ibat dicens. Heu michi. quia ante vt arbor pollebam ſed modo penitus nudatus ſum. Heu michi. Quia multitudine militum circumdari ſolebam ſed modo ſolus remanens. nec filios ſum cõceſſus habere. Memẽto domine quoniam tu michi dixiſti. Quia oportet te temptari ſicut iob. Ecce pluſq̄ iob aliquid in me fieri vides. Ille enĩ et ſi ouibus nudatus fuerit tamẽ ſtercus habuit ſup quo ſedere potuit. Michi autẽ nichil horum remanſit. Ille amicos ſibi cõpacientes habuit. Ego feras habui ĩ amicos q̇ filios meos rapuerũt. illi vxor ẽ relicta me vero ablata. Da requiẽ dñe tribulacionib⁹ meis et pone cuſtodiã ori meo. ne declinet cor meum in verba malicie et eiciar a facie tua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Hijs dictis cũ lacrimis ad quẽdã vicum abijt. et data mercede ſibi.
agnos illorum hominũ per annos quindeci cuſtodiuit. Filij autem
eius ĩ altero vico ſunt educati nec ſe fratres eſſe ſciebant. Dominꝰ
autẽ nauis vxorẽ euſtachij conſeruauit. nec eam ille alienigena cog
nouit. ſed pocius eam intactam dimittens vitã finiuit. Imperator
autẽ et populus romanus plurimũ ab hoſtibꝰ moleſtabat̃ et recor
datus placidi ꝙ̃ ſtrennue cõtra eos dimicaſſet. de eius ſubita muta
cione pluries triſtabat̃. Direxitq̃ multos milites ꝑ diuerſas mũdi
partes. promittens omnibus qui eũ inuenirent multas diuicias et
honores. Quidã autem ex militibꝰ qui aliquando placido miniſtra
uerant ad ipſum vicũ in quo degebat venerũt. q̊s placidus de agro
veniẽs et cõſiderans eos ex ĩceſſu ꝓtinus recognouit et ĩgemiſcendo
ꝑturbari cepit cogitans dignitatẽ quam olim habuit et ĩ corde ſuo
dixit. Domine ſicut iſtos qui aliquando mecum fuerunt preter ſpem
nũc vidi ĩ da vt coniugẽ meam videre poſſum. Nam de filijs ſcio ꝙ̃
a feris cõmeſti ſunt. Venit enĩ ad eũ vox dicens. Confide euſtachij
quia cito honorẽ tuũ recuperabis et filios et vxorem recipies. Cũ
igit̃ militibꝰ obuiaſſet ipſi eũ minime cognouerunt. Cumq̃ eum ſalu
taſſent queſierunt ſi aliquẽ peregrinũ nomine placidũ cum vxore
et cum duobꝰ filijs cognoſcerent. Ille autem ſe neſcire profeſſus eſt
Ad preces tamen eius in hoſpicium diuerterunt et euſtachius eis
ſeruiebat. Et recolens priſtinũ ſtatũ ſuũ lacrimas continere nõ po
terat. Egreſſus autem foras faciem ſuam lauit et iterũ rediens eis
ſeruiebat. Illi vero conſiderantes adinuicem dixerunt. ꝙ̃ ſimilis eſt
hic homo illi quẽ querimꝰ. Et reſpondens alter dixit valde ſimilis
eſt. Conſideremus igit̃ ſi habet ſignũ cicatricis in capite qđ ſibi in
bello accidit. Et reſpiciẽtes et ſignũ videntes ipſum eẽ quem que
rebant protinus cognouerunt. et inſilientes et oſculantes eum de
vxore ſua et filijs ſciſcitati ſunt. Qui dixit eis ꝙ filij mortui eſſent
et vxor detenta. Vicini autẽ omnes ad ſpectaculũ concurrebant dũ
milites virtutem et primam gloriã narrabãt. Tunc preceptũ impe
toris milites ei expoſuerũt et optimis veſtimentis ipſum induerũt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Poſt iter .xv. dieꝝ ad impatorē venerūt. Qui eiꝰ aduentū audiēs
eidem protinꝰ occurrit et in oſcula eiꝰ ruit. Narrauit oībꝰ ꝑ ordinē
cuncta que ſibi acciderant ſtatimqꝫ ad magiſteriū milicie trahit̄ et
idem officiū qđ prius exercere cōpellit̄. qui numeratis militibus et
paucos contra hoſtes eſſe cognoſcens iuſſit tyrones colligere ꝑ oēs
ciuitates et vicos. Contigit autē et illam terrā deſcribi in qua filij
ſui educati fuerant vt darēt duos tyrones. Uniuerſi autē eiꝰ loci
incole illos duos iuuenes tanq̄ ceteros acceptiores magiſtro militū
cōſignauerunt. Uidens ergo illos duos iuuenes elegantes et morū
honeſtate cōpoſitos cum ſibi plurimū placuiſſent inter primos in
acie ordinauit et ſic profectus ad bellū ſubiectis hoſtibus exercitū
ſuū tribus diebꝰ in quodā loco vbi vxor ſua paupercula manebat
requieſcere fecit in cuius domo hij duo hoſpitati ſunt ignorantes
tamen ꝙ mater eoꝝ eſſet. Et ſedentes circa meridiē et mutuo cōfa
bulantes exponebant ſibi inuicē de īfancia ſua. Mater vero ecōtra
ſedens que ipſi referebant attencius audiebat. Dixit enim maior
minori. Ego dum infans eſſem. nichil recolo niſi ꝙ pater meus ma
giſter militū erat et mater mea valde ſpecioſa. Duoſqꝫ filios habuit
ſcilicet me et aliū minorem me. qui eciam ipſe valde ſpecioſus erat.
Accipiētesqꝫ nos parētes nr̄i egreſſi ſunt de domo nocte ingreſſiqꝫ
nauē. neſcio quo euntes. Cumqꝫ autē de naui egrederemur. mater nr̄a
quō neſcio in mari relicta ē. pater noſter portans nos duos ꝑgebat
flens ꝑueniensqꝫ ad quandā fluuiū tranſiuit cū fr̄e meo minore et
me ſuꝑ ripā fluminis reliquit. Cū autē reuerteret̄ vt me acciperet
lupus veīt et illū infantē rapuit et anteq̄ ad me appropinq̄ret leo
de ſilua exiens me rapuit et ī ſiluā duxit. Paſtores vero me de ore
leonis eripuerūt et nutritus ſum ī illa poſſeſſione ī qua et ipſe ſcis
et nō potui ſcire qđ factū ſit de patre meo. neqꝫ de fr̄e. Audiēs hec
minor frater cepit flere et dicere ꝑ deū vt audio frater tuꝰ ego ſum
Nā q me educauerūt michi dixerūt quō me eruerūt de faucibꝰ lupi
Et in amplexibꝰ ruentes oſculabant̄ ſe inuicē et fleuerūt. Audiēs h̄
mater eoꝝ et cōſiderās ꝙ euentū ſuū ita ſeriati dixiſſent diu apud ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

tractauit ſi filij ſui eſſent. Altera aūt die mgr̄m militū adijt. et iter
pellauit dicēs. Depꝛecoꝛ te dn̄e vt me ad patriā tuā perduci iubeas
Ego enim ſum de terra romanoꝝ et hic peregrina ſum. Hec dicens
vidit in eo ſigna mariti ſui. Et eū cognoſcens cum ſe iam cōtinere
nō poſſet procidit ad pedes eius et ait. Pꝛecoꝛ te domine vt michi
exponas pꝛiſtinā vitā tuā. Puto enim ꝙ tu ſis placidus magiſter
militū qui alio noīe euſtachius nūcupatur quē ſaluatoꝛ conuertit
qui talem temptationem ſuſtinuit et cui vxoꝛ que ego ſum in mari
ablata fuit que tamē ab omni coꝛruptiōe ſeruata ſum. qui et duos
filios agapitū et theoſpitū habuit. Audiēs hec euſtachius et ipſā
diligenter conſiderans vxoꝛem ſuam eſſe recognouit et lacrimas p̄
gaudio fudit. Ipſam oſculatus ē gloꝛificās deū qui cōſolat̄ afflictos
Tunc dixit ei vxoꝛ ſua. Domine vbi ſunt filij noſtri. Qui reſpōdit
A feris capti ſunt. Et expoſuit ei quō eos ꝑdidit. Et illa. Gracias
agamus dn̄o. Puto enī vt quēadmodū deus donauit nobis vt in
ueniremꝰ nos inuicē. dabit eciā recognoſceri nobis filios noſtros
At ille. Dixi tibi. ꝙ a feris deuorati ſunt. Qui illa. Heſterna die ſe
dens in oꝛto audiui duos iuuenes ſic et ſic ſuā infanciā exponētes
credo ꝙ ſint filij noſtri. Interroga eos et dicent tibi. Conuocans
autē euſtachius eos et audiens ab eis infanciā ſuā recognouit ꝙ
filij ſui erant. Et amplectentes eos ipſe ea mater ſuper eoꝛum colla
plurimū fleuerunt et crebꝛius eos oſculabātur. Oīs autē exercitus
plurimum gaudebat de inuencione eoꝝ et de victoꝛia barbaroꝛum.
Cum igit̄ rediret cōtigit iam traianū obijſſe et ſucceſſiſſe ei peioꝛē
in ſceleribus noīe adrianū. Qui pꝛo victoꝛia obtenta et inuēcione
vxoris filioꝝ magnifice eos ſuſcepit et magnū cōuiuiū pꝛeparauit
Altera autem die ad templum ydoloꝛum ꝓceſſit vt vbi ſacrificaret
ꝓ victoꝛia barbaroꝝ. Videns autē imperatoꝛ ꝙ euſtachius nec pro
victoꝛia nec pꝛo inuencione ſuoꝛum ſacrificare vellet hoꝛtabatur
vt ſacrificiū imolaret. Cui euſtachius. Ego criſtum deū colo et illi
ſoli ſeruio et ſacrifico. Tūc imperatoꝛ ira repletus ipſum cū vxoꝛe
et filijs in harena ſtatuit et leonem ferocem ad eos dimitti fecit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Accurrens vero leo dimiſſo capite quaſi eos adorans ab eis humi
liter receſſit. Tunc imperator bouē ereū incendi fecit et eos ibidem
viuos mitti mādauit. Orātes igit̄ ſancti et ſe domino cōmendātes
bouem int antez ibidem dn̄o ſpiritū reddiderūt. Tercia autem die
de boue ſunt coram imperatore extracti et ita penitus intacti inuēti
ſunt ꝙ nec capillos nec quitꝗ̄ eorum vapores incendij aliqtenus
contigerunt. Criſtiani vero eorum corpora tulerunt et in loco cele
berrimo recondentes ibidē oratoriū conſtruxerunt. Paſſi autē ſub
adriano qui cepit circa annos dn̄i. xx. ka ēdas nouēbris vel ſcd̄m
quoſdam. xij. kalendas octobris. ¶ Moralizacio.

Kariſſimi. Iſte imperator ē dominus noſter ihesus criſtus pla
cidus poteſt dici quilibet homo mūdanus in vanitatibus
ſeculi occupat⁹ qui pergit ad venandū ea que ſunt mūdana cū mili
tibus ſuis ideſt quinꝫ ſenſibus. Tandem venit ad gregem ceruoꝝ
in quibuz multū delectat̄. Cerui iſti ſunt viſus auditus ⁊c. verba
detractoria et vana et ſic de alijs ſenſibus exterioribus. Sed atten
datus ꝙ ceru⁹ pulchrior cucurrit et receſſit a ſocietate aliorū queꝫ
toto conamine inſequebatur placidus. Ceruus ille eſt racio que eſt
optima potencia anime quam homo tenetur toto conamine in om
nibus operibus ſequi. ſi deſiderat habere vitam beatā Ceruus ille
aſcēdit rupē. Rupa ē iuſticia ſiue rectitudo quā racio ſemꝑ diligit
et infra cornua racionis vidit ymaginē crucifixi. Cornua ſunt lex
antiqua et noua. In lege antiqua bene ꝓphetiſatū erat a multis de
aduentu criſti et de eius morte. In lege noua clare videre poſſumus
quomō et qua morte pro noſtra ſalute mortuus eſt. Ideo ceruus ille
bene dicit vt mundū deſpiciam⁹ et ea que in mundo ſunt et ſequa
mur veſtigia criſti. vt fecit placid⁹. Sed poſſes dicere libenter eſſē
inſtructus. quomodo veſtigia criſti deheam ſequi. Ecce exemplum ī
iſto beato euſtachio. primo renuncia vxori et filijs. Uxor illa que ē
ſpecioſa valde eſt anima tua ad dei ſimilitudinem creata. que ſemꝑ
eſt parata criſto obedire ſi caro ei cōerceat. Duo filij paruuli ſunt
voluntas et opus qui ſunt paruuli ꝗ̄diu hō ꝑmanet deo cōtrarius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Unde primo oportet temetipſum. deinde oīa tēporalia a te repellere ſi non opere tamē volūtate. Hoc eſt ſic intelligendū. ꝙ ſemper deū omnibꝰ preponas. Poſt hoc placidus ſurrexit et cū vxore et filijs nocte nauem intrauit. Sic tu kariſſime ſurge per contricionem cum bona volūtate et bonis operibꝰ et intra nauē ſancte eccleſie et deꝰ in oībꝰ erit tibi propiciꝰ. Magiſter nauis eſt prelatus qui libenter nos retineret. Sed vxorē noſtrā ideſt animā habet tenere ī diuinis p̄ceptis. Et ſi cōtingat hominē vagari extra nauē eccleſie amittere poteſt duos filios ſcꝫ voluntatē bonā et bonū opus que prius habuit erga deū. Sicut placidus fecit. Placidus intrauit fluuiū et infantes portauit. et lupus vnū cepit et leo alium. Per fluuiū illum mūdū intelligere debemus. Per leonē dyabolū per lupū propriam carnē. Dyabolus rapit a corde hominis bonā volūtatē. Caro bonū opus. Racio dicit. bonū eſſe ieiunare et in bonis operibꝰ vigilare Caro dicit. Melius eſt bene comedere et ſuauiter dormire. Quid ergo eſt faciendū? Si illa duo ablata fuerint ab homine. ſcꝫ bona voluntas et opꝰ meritoriū. certe paſtores et aratores hn̄t cū canibꝰ viriliter ſequi. Paſtores iſti ſunt confeſſores diſcreti. qui habent nos dirigere et a via p̄ditionis deducere. Aratores ſunt p̄dicatores qui habent terrā cordis noſtri per ſacrā ſcripturā arare. ſpinas peccatoꝝ euellere et virtutis in'e'ere vicia exſtirpare et ꝑconſequens hominē in ſeruicio dei nutrire ita ꝙ ſint duo in vna ciuitate ſcꝫ in vna dilectione et cōcordia vt caro ſpiritui non contradicat. Tunc rex miſit ad querendum placidū. Sic deus miſit primo patriarchas ad hominē ſecundo prophetas. Sed homo nolebat fateri eos cognoſcere donec venit filius dei et nos ſuo precioſo ſanguine redemit Ideo iuſtum eſt vt hoſpiciū domus noſtre ſit mundū per opera meritoria in quo non ſit peccatum. Et ſic apparebit vxor mūda et ſpecioſa ſcilicet anima cum duobus filijs ideſt cum voluntate propria deo ſemper ſeruiendo per opera miſericordie. Et videas ꝙ ſignum habeas per quod poteris cognoſci ſicut placidus habuit. Signum illud debet eſſe dilectio dei et proximi vt deum ſuper omnia diligas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

et proximũ ſicut teip̄m. Et ſic poteris fieri magiſter militũ ſcilicet
omniũ ſenſuũ eos virtutib⁹ ſubiciendo. Et ſuper martiriũ marce
racionis ad vitam eternã ꝑuenire. Qđ nobis concedat ꝛc.

Quidam nobilis quandam vaccam candidam habuit quã
multum dilexit propter duo. Primo quia candida erat.
Secundo quia in dando lac habundauit. Nobilis ille pre nimio
amore ordinauit ꝙ vacca duo cornua aurea habuit et intra ſe cogi
tauit cui poſſet vaccã ad cuſtodiendũ cõmittere. Erat enim tunc tē
poris quidã homo nomine argus q̃ verax in omnib⁹ erat et centũ
oculos habebat. Nobilis iſte nunciũ ad argum miſit. vt ſine dilaci
one vlteriori ad eum veniret. Qui cũ veniſſet ait ei. Vaccã meã cũ
cornibus aureis tue cuſtodie committo. et ſi bene cuſtodieris te ad
magnas diuicias ꝓmouebo. Si vero cornua fuerint ablata morte
morieris. Argus vero vaccã cum cornibus recepit et ſecum duxit
et ſingilis diebus cum ea ad paſcua perrexit et eam diligēter cuſto
diuit et de nocte eã domi reduxit. Erat quidã homo cupidus noīe
mercurius ſubtilis valde in arte muſicali qui miro modo vaccam
habere cupiebat et ſepe ad argũ venit vt prece vel precõ cornua
ab eo obtineret. Argus vero tenens in manib⁹ baculum paſtoralē
coram ſe in terram fixit et ait baculo in perſona domini ſui. Tu es
dominus meus. Nocte iſta ad caſtrũ tuũ veniã tu dicis michi vbi
eſt vacca cum cornibus. Ego reſpondeo. Ecce vacca ſine cornibus.
Me enī dormiente latro quidã cornua abſtulit. Tu dicis. O miſer
nōne centum oculos habes? Quomodo erat ꝙ omnes dormirent et
latro cornua abſtulit. Hoc eſt mendaciũ. Et ſic ero filius mortis
Si dicam vendidi infidelis ero domino meo. Deinde ait mercurio.
Perge viã tuã quia nichil optinebis. Mercurius receſſit. et altera
die cũ arte muſicali et ſuo inſtrumento venit. Qui cum veniſſet in
cepit cũ argo more hyſtorico fabulas dicere et plerũqꝫ cãtare q̊uſqꝫ
duo oculi argi īceperũt dormire. Deinde ad cãtũ illi⁹ duo aliȷ̄ oculi
dormitauerũt et ſic deinceps donec vniuerſi ſompnũ caperēt qđ cer
nēs mercuri⁹ caput argi ãputauit et vaccã cũ cornib⁹ aureis rapuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

KArissimi nobilis ille eſt dominus noſter iheſus criſtus. Vacca
candida anima ad dei ſimilitudinē creata que dum manet ī
puritate vite. dat lac deuocionis et oracionis ꝓpter que duo multū
a deo diligitur. Et ideo dedit ei cornua aurea quia per vtrumqꝫ ſal
uati ſunt plures homines poſt mortē criſti. Vacca illa cum cornibꝰ
tradit᷑ argo ideſt prelato. Vnde argus cū centum oculis claris virū
ꝓuidum et diſcretum ac vndiqꝫ circumſpectū ſignificat. qui ſemper
habet vigilare iuxta gregē ſibi cōmiſſum. Vnde eze. iij. dicitur p̄lato
Si non annunciaueris ei neqꝫ locutus fueris vt auertat᷑ a via ſua
impia et viuat ipſe impius in iniquitate ſua moriet᷑ ſanguinē eius
de manu tua requirā. Si autē ānūciaueris impio et ille non fuerit
cōuerſus ab impietate ſua et a via ſua peſſima ipſe quidē in iniqui
tate ſua morietur tu autē animā tuā liberaſti. Sed heu multi bacu
lum paſtoralem. ideſt poteſtatē ſuā ante oculos hominū oſtendūt vt
videant᷑ et vt ab hominibus honorentur. Sed ſepe contingit cum
venerit aliqua temptacio dyabolica ſcꝫ audiendo cantus muſicales
ideſt mulierū qui cū ſepe ab hominibus libenter audiunt᷑ et in illis
delectant᷑ in tantū ꝙ a ſue circūſpectionis vigilācia cadūt et dormi
ente ipſius prudencia ſpiritualiter pereant. et vaccam ideſt animam
quā diligenter ſeruare debent per peccatū amittūt. Vnde caput a
talibꝰ amputat᷑. i. beata vita quā deo promiſerunt ꝑ opa meritoria
ſeruare. mercurius. i. dyabolus aufert ab eis vitā eternā ducendo
vaccā. i. animā ad infernū.

GOrgonius regnauit qui vxorem pulchrā accepit concepit et
peperit filiū. puer creuit et ab omnibꝰ eſt dilectus. Cū autē
decē annos in etate habuit mortua eſt mater eius et tradita eſt ho
norifice ſepulture. Poſt hoc ex conſilio multoꝝ rex aliam vxorem
duxit. Que filium prime vxoris non dilexit ſed obprobria multa
ſibi intulit. Rex autē hoc percipiens volens placere vxori filium
ſuū extra imperium ordinauit. Filius ſic expulſus artem medicine
ſtuduit et in tantū ꝓfecit ꝙ factus eſt magnus et ꝑfectus medicus
Audiens rex ꝙ filiꝰ ſuus in ſtudio ꝓfecit gauiſus ē valde. Accidit

infra tēpus breue q̄ rex in grauē infirmitatē cecidit litteras ꝑ filio
deſtinauit vt ad eum ſine vlteriori dilacione veniret et eum ab in
firmitate liberaret. Filius vero cum voluntatē patris intellexit ad
patrem veīt et eum ꝑfecte curauit. Unde fama eius per totū regnū
volauit. Poſt hec regina matertera eiꝰ vſq̧ ad mortē infirmabat̄
et medici ex omni parte ſunt adducti qui omnes eam ad mortē iu
dicabant. Hoc autē percipiens rex cōtriſtatus valde rogauit filiū
ſuum vt eam curaret. At filius ait. Peticionē veſtrā implere nolo
Cui pater. Extra regnū meum te expellā. Cui filius. Si ſic agitis
iniuſte mecū facitis. Pater bene conſtat vobis q̄ me extra regnū
expuliſti propter eius ſuggeſtionē. Unde mea abſencia fuit cauſa
veſtri doloris ac infirmitatis et mea preſencia eſt cauſa doloris et
infirmitatis regine et ideo nolo eam curare ſed ab ea recedere. Ait pr̄
Eundem morbū habet quē ego habui. Me ꝑfecte curaſti. ſic et eam
cura. Reſpondit filius. Pater mi licet ſit eadem infirmitas. non tn̄
eadem cōplexio eſt tibi et ſibi. Quicquit ego tibi feci gratū et ratū
habuiſti et qn̄ palaciū intraui et me vidiſti curatus fuiſti Nouerca
mea quādo me videt grauat̄. Si loquor incendit̄ dolor ſi tangā eā
extra ſeipſam rapitur. Et ideo nichil magis expedit egris curandi
niſi dare eis qđ volunt et qđ deſiderat. Et ſic per tales allegacioēs
filius euaſit et nouerca defuncta eſt. ¶ Moralizacio.

Cariſſimi rex iſte poteſt dici primus parens adam qui locum
et imperiū habebat ſcilicet paradiſum quē deus dominum
tocius mundi conſtituit ps. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius ꝛc̄.
Qui deſpōſauit pulchram vxorem ideſt animam ad dei ſimilitudinē
creatam ex qua genuit filium ideſt criſtum ſua progenie ꝑductum
quantū ad humanitatē. Uxor ideſt anima moritur ſpiritualiter per
peccatū quod cōmiſit Statī duxit aliā vxorē ſcilicet iniquitatem
et miſeriam in quā cecidit per quam paradiſo priuabatur et in iſto
mundo ponebatur vbi in ſudore et labore vixit. Filius dei qui erat
de ſua progenie ſcđm carnem de imperio celeſti propter noſtram
infirmitatem et iniquitatē deſcendit qui factus eſt noſter medicus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Perfectus autē medicus oēs infirmitates curat. in tantū ꝗ fama eius in celo et in terra et ī inferno volauit. Sed pater noſter adā grauiter infirmabať per peccatū cōmiſſum tam ī corpore ꝗ͂ in aīa In corpore pdidit gloriā et honorē qn̄ de paradiſo eſt expulſus. in anima quando a deo ſeparatus eſt et inferno collocatus. Deus vero optime et pfecte illū ſua benedicta paſſione curauit. Sed nouercā ſcȝ dyabolū cui per peccatū cōiunctus erat nunꝗ͂ volebat curare. Dic ergo michi quare habuerunt eandem infirmitatē? Quia ambo per peccatū ceciderunt. Ad hoc dico. Licet ambo peccauerunt tamē alio et alio modo. Dyabolus ſine ſuggeſtione et ex ꝓpria malicia hō vero per dyabolū temptatus et ex fragili materia plaſmatus in peccatū cecidit et oleū mīe pecijt. Jdeo medicus dn̄s noſter ihesus criſtus hominē curauit. Sed non nouercam ſcȝ dyabolū. Nouerca illa eſt cauſa quare filius dei a multis hominibꝰ in alienā regionē mittiť et ab eis expellitur. Sed ecōuerſo preſencia diuina ē cauſa mortis dyaboli. quia ambo ſe non cōpaciunť.

Adonias regnauit diues valde qui torneamēta et haſtiludia multū dilexerat. Vnde quoddā torneamētū fecit proclamare vt quicūꝗ ſe in torneamento melius haberet. mercedem condignā a rege optineret. Hoc audientes nobiles et optimates ad torneamentū venerūt. Rex ordinauit vt milites diuiderenť ita ꝗ ex vna parte multos ordinauit in certo numero et tot ex alia parte. Illi vero qui primo ordinati fuerūt omnia ſcuta ſua et arma in loco ad hoc deputato ꝑ ordinē poſuerunt. Rex precepit vt quicūꝗ ex alia parte ſcutū alicuiꝰ cum haſta tangeret. ſtatī ille cuius ſcutū tactum eſſet ad torneamentū ſecum deſcenderet et vna puella ad hoc electa illū armaret et ſic contra aliū luderet et ſi aliū in ludo ſuparet. illo die corona regis coronatus eſſet et in regali menſa collocaretur. Miles quidā hoc ꝑcipiens diligenter oīa ſcuta reſpexerat et vnū ſcutū vidit in quo erant tria poma aurea que miro modo habere deſiderabat et ſic ſcutum illud tetigit. Alius autem cuius erat ſcutū ſtatim puella ſe armari fecit et deſcendit et cōtra eū luſit. In q̄ ludo

caput eius qui ſcutū ſuū tetigit amputauit et mercedem condignā
accepit.
Kariſſimi iſte imperator ē dn̄s noſter iheſus criſtus qui cōtra
dyabolū pugnauit. Primo ī celo cōmiſſum eſt torneamētū
ideſt bellū inter deū et dyabolū qn̄ michael et angeli ei9 preliabāt
cum dracone. et poſtea in terra ī die paraſceues. Sed redeamus ad
propoſitū. Deus habet tria ſcuta ſeu ſigna ſcȝ potenciā que ē ſcutū
patris. ſapienciā que eſt ſcutū filij. bonitatem que eſt ſcutū ſpiritus
ſancti. Illa tria ſcuta deus poſuit ī vno loco determinato ſcilicet in
natura hūana quando creauit hominē ad ymaginē et ſimilitudinē
ſuam. Primus homo dominabat̄ omnib9 beſtijs. Ecce potēcia que
eſt ſcutū patris. Primus habuit ſcienciā de omnib9 reb9. Ecce ſapi
enciā que eſt ſcutum filij. Primus homo creatus eſt in gracia et in
dilectione dei et proximi. Ecce bonitatē que eſt ſcutū ſpirit9 ſancti
Malignus vero ſpiritus in malo obſtinatus volens pugnare cōtra
deum acceſſit ad hominē ī quo tria ſcuta triū perſonarū erāt appēſa
et vnū tetigit non ſcutū patris dicentis. Si comederitis eritis po
tentes ſicut dij. Non ſcutū ſpiritus ſancti dicentis. Eritis boni vel
amantes. Sed tetigit ſcutum filij in quo erant poma aurea ſcilicet
opacio trinitatis dicentis. Si comederitis ex iſto fructu eritis ſicut
dij ſcientes bonū et malū. Tactū ergo eſt ſcutū filij dei. ideo decuit
vt deus pr̄ mitteret filiū qui malignū ſpm̄ pro nobis expugnaret
Illū dei filiū armauit vna virgo electa ſcȝ beata virgo maria de q̄
humanā naturā aſſūpſit. cū qua nos ad vitā eternā perduxit.

Erat quidam rex in cuius imperio quidam pauper habitabat
qui ſingulis diebus ad quandā ſiluam perrexit vt ligna colli
geret ad vendendum per que poſſet victum et veſtitum acquirere.
Accidit quadam die ꝙ ad ſiluam cum aſino ſuo perrexit. A caſu
infra denſitatem nemoris cecidit et ſubito in quandā foueā cecidit
de qua nullo mō poterat exire. In qua fouea erat draco horribilis
qui totā foueā interius cū ſua cauda circūuoluit. In eadem fouea
eciā erant ſerpentes multi in ſuperiori parte fouee et in profundo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Et in medio erat quidam lapis rotundus ad quē omnes ſerpentes ſingulis diebus ſemel in die deſcendebāt et illū lambebant. deinde draco ſimili modo lambebat lapidē. Pauper cū hoc vidiſſet. intra ſe cogitabat. Multis diebꝰ in iſta fouea ſine alimento ſteti et niſi cibum habuero fame peribo. Pergā ad illum lapidem et lambere volo ſicut ſerpentes fecerunt. Perrexit ergo ad lapidem incepit lambere et inuenit omnem ſaporem quē coꝛ eius deſiderabat. Et ſic ē refoſcillatus ac ſi omnia cibaria mundi comediſſet ſiue habuiſſet Infra paucos dies factū eſt tonitruū magnū et hoꝛribile. ita ꝙ oēs ſerpētes vnus poſt aliū exiuit. Cū vero nullus ſerpens remaneret in puteo draco incepit extra foueā volare. Paup hoc videns caudā draconis tenuit. Draco eum de fouea leuauit et ad magnā diſtanciā extra foueā pꝛoiecit. Ille vero per aliquos dies ibidem ſtetit ignorans viam extra nemus. Accidit ꝙ quidā mercatoꝛes venerunt et eum extra nemus ad viam rectam duxerunt. Ille vero gauiſus eſt valde. Ad ciuitatē redĳt et omnibus denunciauit quō ei acciderat et ſtatī poſt hoc vitā finiuit.

Moralizacio.

Kariſſimi rex iſte ē pater celeſtis. Pauper ille poteſt dici quilibet homo qui nudus eſt egreſſus de vtero matris ſue. Qui intrat nemus ſcꝫ mundū iſtū. Unde ſepe cadit in foueā pꝛofūdam quando cadit in peccatū moꝛtale. vbi iacet in magno periculo. q̇a ſub poteſtate draconis ideſt dyaboli. Serpentes qui ſunt cum eo in fouea ſunt alia peccata venialia per que homo intoxicat᷑. velut ꝑ ſerpentē. Lapis rotundus in medio ē criſtus. Unde p̄s. Lapidē quē repꝛobauerūt edificantes ꝛc. In eo inuenit᷑ omnis ſapoꝛ et dulcedo Ad illum debemus tempoꝛe tribulationis recurrere et cū deuota oratione lambere. Tonitruū magnū eſt cōfeſſio pura facta cū cōtriciōe coram ſacerdote. De quo tonitruo ſcꝫ confeſſione omnes ſerpentes ideſt peccata et demones. quos ad nos per peccata vocamꝰ terrent᷑ et depellunt᷑. Et draco ideſt dyabolus expellitur. Mercatoꝛes ideſt pꝛedicatoꝛes et confeſſoꝛes qui cotidie lucrant᷑ aīas quas dyabolꝰ conatur auferre. Iſte tunc deducitur in viam rectā ciuitatis ſancte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

iheruſalem. Ad quã nos pducat dominus noſter iheſus criſtus &c.

Quidam imperator erat qui quandã foreſtam habebat in qua
fuerat quidã elephas. cui penitus nullus appropinquare au
debat. Audiens vero hoc rex a philoſophis ſuis et ſapientib⁹ naturã
elephãtis queſiuit. Illi vero reſponderũt et dixerũt ꝙ elephas mũ
das virgines multum diligeret et earũ cantu delectaretur. Rex hoc
audiens ſtatim fecit inquiri duas puellas honeſtas et pulchras ac
dulciter cantantes quas in regno ſuo habebat. Inuente ſũt igitur
due virgines ſatis pulchre et honeſte quas rex fecit denudari et fo
reſtã ſic nude intrare. Vna earum peluim accepit et altera gladium
et ſic intrabant. In introitu inceperunt dulciter cantare. Hoc audi
ens elephas venit ad eas et cepit mãmillas earum lambere et virgi
nes continue cantabant tam diu quouſqꝫ elephas in gremio vnius
virginis requieuit. Alia virgo videns elephantẽ in gremio alteri⁹
virginis dormire cum gladio eum occidit et virgo ĩ cuius gremio
dormiuit peluim de ſanguine elephantis repleuit et ſic ad regẽ per
rexerunt. Rex vero gauiſus eſt valde et ſtatim fecit fieri purpura
et multa alia de eodem ſanguine. ¶ Moralizacio.

Karissimi iſte imperator eſt pater celeſtis elephas dominus
noſter iheſus criſtus q̇ ante incarnacionẽ erat ſatis auſterus
due virgines fuerunt maria et eua que ambe erant nude ab omni
peccato. Maria ſanctificata in vtero eua locata ĩ paradiſo. Eua gla
diũ portauit ideſt peccatũ quod cõmiſit contra dei precepta ꝓpter
quod criſtus verus elephas mortuus eſt. Maria peluim ideſt vterũ
virgineũ in quo cõceptus erat criſtus et eius humanitas formata.
Elephas vbera lambebat ideſt legem antiquam et nouam que ſunt
duo vbera ꝑ que lac ſalutis ſugere poterimus. Criſtus vtraqꝫ lam
bebat ideſt vtrãqꝫ legem impleuit cũ ſanguinẽ ſuũ effudit. De cui⁹
ſanguine anime noſtre facte ſũt purpurate omni honore et gaudio
vt ſic ſi volumus vitam eternã poſſideam⁹. Ad quã nos perducat.

Pippinus regnauit qui quandam pulchram puellam deſponſa
uit que concepit et elegantem filium peperit ſed in partu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

mortua ē. Duxit aliā et ex illa eciā filiū genuit. Vtrumqꝫ filiū ad nutriendū in longinquas partes miſit. Iſti duo per omnia ſibi inuicem erant ſimiles. Cum vero per longa tempora moram traherēt mater ſecūdi filij ſuū filiū videre cupiebat preces regi fundebat vt filium ſuum videre poſſet. Rex ei conceſſit et nunciū pro duobus filijs deſtinauit. Qui cum veniſſent ita per omnia ſimiles erant licet tamē ſecūdus eſſet minoris quātitatis et etatis. quia forte vnius anni. nichilominꝰ tamē tantus erat ſecundus quantus primus. ſicut multociens contingit et forte vterqꝫ patriſabat in facie et in vnanimitate mētis et corporis. ita ꝙ regina quis eiꝰ filius eſſet ignorabat. A rege diligenter petiuit quis illoꝝ eſſet filius eiꝰ. Sed rex ei iudicare noluit. Ipſa hoc audiens fleuit amare. Rex cum hoc audiſſet et vidiſſet ait ei. Noli flere ille eſt filius tuꝰ. et demōſtrauit ſibi filiū quē de prima vxore genuerat. Regina hoc audiens gauiſa eſt valde. Statim totā curam dedit filio iſti ad nutriendū et de alio nichil curabat qui erat eius proprius filius. Rex cum hoc vidiſſet dixit ei. Quid facitis ei? Decepi vos. Ille non eſt filius veſter ſed vnus iſtoꝝ eſt. At illa. Quare ſic mecū agis? Indica michi rogo te. Et ille. Nolo. Et hec eſt cauſa. Si veritatē tibi dixiſſem vnū ſcilicȝ filiū tuū. velles eum diligere et alterū odio habere. Et ideo volo ꝙ ambos equaliter diligas et nutrias. et cū ad etatē legittimā veniūt tunc tibi veritatē pandam. de qua gaudebit cor tuum. Hoc audiens regina ambos peroptime nutriuit. donec ad etatē legittimā peruenerūt. Cum autem quis eſſet filius eius per regem fuerat experta vltra modū fuit gauiſa. Et ſic in pace vitam finierunt.

KAriſſimi rex iſte eſt dominus noſter ihesus criſtus. Duo filij ſunt electi et reprobi Mater eſt ſancta eccleſia. que eſt mat vltimi filij. Mater primi filij mortua ē ſcȝ lex antiq̄ per criſti incarnacionē. Deus uon vult ꝙ mater eccleſia ſciat quis ſit electus vel reprobus. Sed vt ambos in caritate ꝑfecta nutriat. Quia ſi ſciret vnum diligeret et alterꝝ odiret et ſic nō eſſet pax et cōcordia. Sed in die iudicij cum ad legittimam etatē peruenerint tunc apparebit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

veritas qui ſint electi vel reprobi. Tunc electis dicet illud math̄.
xxv. Venite bn̄dicti patris mei ꝛc. Reprobis aūt. Ite maledicti ꝛc.

FRedericus regnauit. qui ſtatuit pro lege ꝙ quicūqꝫ aliquam
virginē vi raperet ſi alquis eam de manu raptoris liberare
poſſet eam in vxorē duceret ſi ei placeret. Accidit caſus ꝙ quidā
tyrann⁹ quandā virginē rapuit. et ad quandā foreſtā eam duxit et
deflorauit. Illa vero voce magna clamauit. Miles quidam nobilis
genere et opere a caſu per eādem foreſtam equitauit et cum vocē
puelle audiret ꝑcuſſit equū cū calcarib⁹ et ad eā ꝑuenit. et cauſam
clamoris ab ea queſiuit. Cui illa. O dn̄e mi ꝓpter deū michi ſuccur
rite. Ille tyrānus me vi rapuit et deflorauit et poſt hoc me occidere
propoſuit. Ait raptor. Dn̄e vxor mea ē et eā ī adulterio īueni ideo
eam occidere propoſui. At illa. Dn̄e non ē ita. Nūmꝙ̄ vxor alicuius
eram nec vmꝙ̄ polluta niſi hodie per ipſum ideo michi ſuccurrite.
Adhuc ſigna virginitatis in me manent. Ait miles tyrāno. Signa
manifeſta virginitatis ī ea video ꝙ vi eā rapuiſti ac defloraſti ideo
eā de manib⁹ tuis liberabo. Reſpōdit tyrānus. Si volueris eā libe
rare pro ea pugnabo contra te. Stati ambo adinuicē pugnabāt et
duros ictus ſibi inuicē dederūt et miles victoriā obtinuit tn̄ grauit̄
vulneratus erat. Obtenta victoria ait miles puelle. Nūquid tibi
placet vt te ī uxorē accipiā. Que ait. Hoc ſummo et toto corde deſi
dero et ſup h̄ fidē meā tibi do. Fide data ait miles puelle. In caſtro
meo per aliquos dies manebis. Interim pergā ad parētes meos et
neceſſaria pro nupcijs ꝓuidebo et tūc ad te redibo et cū magna ſo
lēpnitate te deſpōſabo. Que ait. Dn̄e preſto ſum uolūtati vr̄e ꝑ oīa
obedire. Miles ei valedixit et illa ad caſtrū ꝑrexit. Dū autē miles
extra ſuā patriā eſſet vt neceſſaria ꝓ nupcijs ordinaret tyrānus ad
caſtrū militis acceſſit in q̊ erat puella et pulſabat. Illa vero intro
itū ei negauit. Tyrān⁹ incepit multa ꝓmittere et eā in vxorē hono
rifice ducere. Illa vero dictis eius credens eum intromiſit et ambo
ſimul illa nocte dormierūt. Miles aūt poſt mēſem redijt et ad portā
caſtri pulſauit. Puella ei nō reſpōdit. Ille hoc audiens et ꝑcipiens

cum amaritudine cordis dixit. O bona puella ad memoriā reduce
quō te ſaluaui a morte et ſup hoc fidem tuā michi dediſti. Loquere
bona puella et oſtende michi faciē tuam. Illa hoc audiens quandā
feneſtram aperuit et ait. Ecce aſſum qđ placet propone. Qui ait.
Miror de te. ꝙ ignoras qđ et q̄ta feci ꝓ te. vulnera diuerſa recepi
pro tuo amore. et ſi michi nō credis corpus meū tibi oſtendā. Hijs
dictis veſtimenta depoſuit et ait. Ecce kariſſima vulnera diuerſa q̄
recepi pro tua vita. aperi ergo michi portā vt te ī ſponſam accipiā
Illa vero faciem ſuā auertebat ab eo et portā noluit aperire. Mi
les iudici eſt conqueſtus et pro ſe legē allegauit. addiciens quomō
eam liberaſſet et ergo eam in vxorē peteret. Iudex hoc audiens ꝓ
raptore miſit. Qui cum veniſſet ait iudex raptori Nūquid illā mu
lierem rapuiſti et ille miles ꝑ fortitudinē de manibꝰ tuis liberauit
eam? Ait ille. Eciam domine. Cui iudex. Ergo ſcđm legem pro ſua
voluntate vxor eius eſt. quare poſt hoc de vxore alterius te intro-
miſiſti. Primo quando caſtrū eius intraſti ipſo ignorante. Secūdo
lectū alterius violaſti. Tercio ꝑ tantū ſpaciū vxorē eius occupaſti
quid ad hec respondes? Ille obmutuit. Cōuerſus iudex ad mulierē
dixit o puella iure duplici vxor illiꝰ militis es. Primo. quia te de
manu raptoris liberauit. Secūdo quia ſibi fidē dediſti. Quare ergo
poſt hoc portā ſui caſtri alteri q̄ viro tuo aperuiſti. et illum intro
miſiſti. Ille ad hoc nō poteret reſpondere. Iudex ſtatim ſenenciam
dedit vt ambo in patibulo ſuſpenderentur. Qđ et factū eſt. Omnes
ergo iudicē laudabant qui talem ſentenciā dedit.

Kariſſimi iſte īperator ē deꝰ qui iſtā legē dedit. Mulier rapta
eſt anima capta. Raptor eſt dyabolus qui non tantū per pec
catum ipſam deflorat ſed eciā eternaliter vult occidere. Sed ipſa cla
mauit. quando petiuit oleū miſericordie dicens illud luce xv. Mi
ſerere mei fili dauid quia filia id eſt cōſciencia mea male a demonio
vexatē. Cuius clamorem quidam miles audiuit ſcȝ filius dei eq̄tās
ſuper equū humanitatis. Filius dei deſcendit in foreſtā iſtius mūdi
et bellum cōtra dyabolū pro genere humano cōmiſit. In quo bello

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

vulnera diuerſa recepit. De quibꝰ vulneribꝰ vterqꝫ erat vulneratꝰ
ſcꝫ criſtus in carne. Dyabolus in ſeipſo. Vnde yſa. dicitur. Fortis
impegit in fortē et ambo pariter corruerunt. Criſtus ſponſalia con
ſtituit per baptiſmū in quo aīa dat fidem quādo dyabolo renūciat
et omnibꝰ pompis eius et deo adherere promittit. Et per alias vir
tutes quas receperit facit caſtrū contra diabolū mundū et carnem
Interim deus celos aſcendit ad preparandū nupcias pro nobis vt
in gloria eterna cū ipſo coīūgeremur. ſcd̄m illud ioh̄. Vadā parare
vobis locū. Sed quando anima eſt in caſtro corporis tunc raptor
ideſt dyabolus puellā ideſt animā aggredit̄. qn̄ eā ꝑ mūdi vanitatē
ſeducit et ad eam ingredit̄ qn̄ in peccatū conſentit et in eo ꝑmanet
et ſic criſtus expellit̄. Sed criſtus reuertens cotidie ad oſtiū cordis
tui pulſat. et dic̄ illud cāti. Ego ſto ad oſtium tuū et pulſo ⁊c̄. Sed
anima in peccatis obſtinata eū nō cognoſcit. Ideo criſtus oſtendit
ſibi vulnera que pro nobis ſuſcepit vt ad eum inclinet cor tuū et
feneſtram cordis tui ſaltē aperias. Sed miſer homo q̄m donū non
timet vt eius cor aperiat contra talem iudex celeſtis in die iudicij
dabit ſentenciā vt ambo ſuſpendant̄ in patibulo infernali ⁊c̄.

Miles quidam intrauit egiptū cogitans ibi pecuniā ſuā relin
quere. Interrogauit ſi aliqͥs fidelis ibi maneret cui pecuniā
ſuā ad cuſtodiendū traderet et audiuit ꝙ erat quidā ſenex. Ad eū
acceſſit vt mille talēta ei traderet et deīde ad peregrinādū perexit.
Peracto itinere ad eū redijt cui talenta cōmiſerat et cōmiſſa ab eo
q̄ſiuit. At ille plenus nequicia nūqͣ̄ ſe eum vidiſſe aſſeruit. Miles
vero ſic deceptus cōtriſtatus ē valde. et ſingulis diebꝰ ab eo pecijt
et eū blandis ſermōibꝰ dep̄cas vt ſibi pecunias redderet. Deceptor
īcrepabat eū ne talia de eo amplius diceret vel eciā ad eū rediret.
Ille triſtis ab eo receſſit habens obuiā quandā vetulā pannis here
mitalibꝰ indutā hn̄ſqꝫ in manu baculū et ꝑ viam leuauit lapides ne
tranſeūtes pedes lederent. Que videns eū flentē et cognoſcēs ꝙ ex
traneus eēt cōmota pietate eū vocauit et q̇d accidiſſet īterrogauit
At ille ordinate narrauit quomō ꝑ illū ſenem eſſet deceptꝰ. At illa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Amice ſi vera ſunt que michi dicis. dó tibi ſanum conſiliũ . At ille.
Teſtis eſt michi deus vera vtiqȝ ſunt. Que ait. Adduc michi hoīẽz
de terra tua cui⁹ dictis et factis fides adhibere poſſet. Ille vero ad
duxit. Cui adducto precepit vetula. x. cophinos emere exterius pre
cioſis depictis colcribus ferroqȝ ligatos cum ſeraturis deargentatis
et lapidibus īplere iuſſit. Miles vero fecit ſicut mulier iuſſet. Mu
lier videns omnia parata ait. Nunc decẽ homines ꝑquire qui mecũ
et cum ſocio tuo ad domũ deceptoris tui vadãt et cophinos deferãt
Vnus poſt aliũ venientes ordine longo et ꝗcito primus. intrauit
et nobiſcum quieſcit veni audacter et pete pecuniã ego vero in deo
confido. ꝙ pecunia tibi reddetur. Que vetula cum ſocio decepti ad
domũ deceptoris venit et ait. Dñe iſte extraneus homo hoſpitatus
eſt mecũ et vult adire patriã ſuã et querit prius pecuniã ſuã que ẽ
in decem cophinis alicui homini probo et fideli cõmendare donec
reuertat᷑. Precor ergo te vt amore dei et mei ī domo tua cuſtodias
Et quia audiui et ſcio te probum et fidelem nolo aliquẽ preter te
ſolũ pecuniã cuſtodire. Cum ſic loqueret᷑. ecce intrauit prim⁹ ſeru⁹
deferens cophinũ vnũ , Qđ videns deceptor credidit verũ eſſe qđ
vetula dixit. Poſt hoc intrauit miles vt vetula precepit. quẽ vidẽs
deceptor timens ſi pecuniã peteret alius ſibi non crederet ad cuſto
diendũ ſuas pecunias contra eum venit adulando dicens. Amice
vbi fuiſti. Veni et accipe pecuniam tuam fidei mee iamdiu cõmen
datã. Miles vero letus pecuniã recepit gracias agẽs deo et vetule
Vetula vero hoc videns ſurrexit et ait. Domine ego et homo iſte
ibimus contra ceteros cophinos et feſtinabimus. Tu vero expecta
donec redeamus. et bene ſerua qđ iam adduximus. Et ſic miles per
vetulam pecuniam ſuam recuperauit.

Kariſſimi miles iſte eſt quilibet criſtianus qui in iſto mundo
q̄diu viuit peregrinat᷑. qa facit omni die dietam ad mortẽ
Qui decẽ talẽta ideſt decẽ precepta domini inordinate ꝑ peccatũ
tradidit cuidam ſeni. Senex iſte eſt mundus plenus deceptionib⁹
Vnde ſi in rebus mundanis delectamur et mundo cõſidim⁹ p̄cepta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

diuina amittimꝰ et vix cum difficultate acq̄rere poterimus donec
miſer homo per verā contricionē confeſſionē et ſatiſfactionē acqui
ramus. Vetula iſta habitu peregrini induta eſt conſciencia ſana q̄
cōtinue āmouet lapides .i. operaciones malas de via cordis tui ne
pedes bonaꝝ cogitationū offendantᷣ. Dic michi quō debes recuꝑare
qđ per peccatū perdidiſti? Certe oportet te adducere de patria tua
id eſt de corde tuo .x. homines id eſt decē opera penitencie. Ita ꝙ pro
quolibet p̄cepto qđ ꝑ peccatū violaſti vnū actū mīe ſeu penitencie
oportet te adiplere. quia ſcđm btm̄ augꝰ. nullū bonū irremuneratū
et nullū malū impunitū. Itē oportet ꝙ habeat cophinū bene ligatū
ſcꝫ contritū cor et virtutibꝰ bn̄ inſignitū. ꝑuis lapillis plenū. Lapi
des iſti in corde ē meditacio .v. vulnerū criſti et memoria paſſionis
eiꝰ q̄ cōtinue oportet habere cōtra dyabolū mundū et carnē in cuiꝰ
figura dicitᷣ .i. regū. ꝙ dauid cū baculo paſtorali et cū funda et .v.
lapidibꝰ goliā occidit. Dauid interp̄tatᷣ manufortis et ſignificat
criſtū. Funda ſignificat amorē trahēs eū de celo ī mūdū a mūdo in
crucē. Quinqꝫ lapides ſunt .v. vulnera. Golias ē dyabolꝰ. Et ſic ꝑ .v.
lapides .i. vulnera tandē occiditᷣ. Si ergo iſtos lapides continue in
cophino cordis tui habueris virtutes ꝑ peccatū ꝑditas rehabere
poteris. et ſic ꝑge cū gaudio ad patriā tuā .i. ad vitam eternā.

Quidā rex ſeneſcallum habuit ſuper imperiū ſuum cuius cor
ita eleuatū et exaltatum eſt ꝙ omnes opprimebat quia ad
nutū eius omnia fiebant. Iuxta palaciū imperatoris erat quedam
foreſta animalibꝰ ſilueſtribꝰ plena qui ordinauit ꝙ fierent diuerſe
fouee q̄s folijs coꝑiebat vt beſtie ſubito ī eas caderēt et ſic caperētᷣ
Accidit ꝙ ſeneſcallus trāſiret ꝑ foreſtā et eleuatū eſt cor eiꝰ in tm̄
ꝙ opinabatᷣ ꝙ nullus maior eo eſſet ī imperio. q̄ vlteriꝰ equitās
cecidit ī vnā foueā quā exire nō potuit. Eadē die ī eādē foueā leo
cecidit pꝰea ſymea et tercio ſerpēs. Seneſcallꝰ ſe vidēs circūuallatū
iſtis beſtijs timuit et clamauit. Cuiꝰ clamorē audiens quidā pauꝑ
noīe guido q̄ cū aſino ducebat ligna de foreſta de qbꝰ victū q̄ſiuit
venit ad foueā cui ꝓmiſit mltas diuicias vt eū extraheret. Guido ait

Kariſſime nichil habeo vnde viuere poſſum niſi colligo ligna ſi la
borē iſtius diei dimitterē dampnū icurrerē. Qui ei promiſit bona
fide qđ ei de diuicijs prouideret ſi eū extraheret. Guido hoc audiēs
ad ciuitatē iuit et longā cordā ſecum portauit quā in foueā miſit
vt ſeneſcallus ſe ſuccingeret et ſic eū ſurſum traheret. Qua dimiſſa
ſaltauit leo ante ſuꝑ cordam et extractus eſt. Quo facto applauſum
ei fecit et ad ſiluā cucurrit. Deinde iterū cordā miſit ī foueā et ecce
ſymea ſuꝑ eā ſaltauit quā guido ſurſum traxit et ad ſiluā cucurrit
Poſtea iterum cordā deſcendere ꝑmiſit et ſerpens ſuꝑ eam ſaltauit
quē guido extraxit. Applauſum ei fecit et ad ſiluā cucurrit. Deīde
miles clamauit. O kariſſime benedictus altiſſimus. Jam de beſtijs
ſum liberatus cordam ꝑmitte deſcendere qđ et factum eſt. Miles ſe
ſuccinxit et guido eum abſtraxit deinde equū extraxerunt. Statim
ſeneſcallus equū aſcēdit et ad pallaciū regis venit guido vero domi
venit et vxor videns eū vacuū contriſtata eſt valde. Jlle vero pre
ceſſum ei narrauit et ꝙ mercedem condignā reciperet. de quo vxor
gauiſa eſt. Mane vero guido ibat ad caſtrū mittens ianitorem ad
ſeneſcallum ꝙ ipſe ibi eſſet. Qui prima et ſecunda vice negauit ꝙ
eum vmꝗ̃ viderit. ı̄mo niſi recederet ipſum crudeliter verberaret.
Qui dū tercia vice reuerſus eſſet ita crudeliter portarius eum ver
berauit ꝙ ipſum ſemiuiuū reliquit. Quod audiens vxor guidonis
venit et cum aſino eū ad domū duxit et diu infirmatus eſt et oīa
bona ſua in infirmitate conſumpſit que habuit. Dum autem ſanus
factus eſſet et vna die ꝯ ligna colligeret. vidit alonge decē aſinos
oneratos cū fardellis. et leonem a parte poſteriori ſequētē et recto
tramite verſus guidonē eos dixit. Guido intime reſpexit leonem et
ſtatim memoriā habuit ꝙ erat ille leo quē de fouea traxit. Leo cū
ad eum veniſſet. cū pede ſignū ei fecit. vt cum aſinis oneratis domū
accederet qđ et fecit. Guido aſinos ſecū domi duxit et leo ſequebat̃
quouſqꝫ guido ad domū peruenit. Cum autē aſini domū intraſſent
Leo cū cauda applauſum fecit guidoni et ad ſiluā cucurrit. Guido
per diuerſas eccleſias proclamari fecit ſi aliquis aſinos amiſiſſet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Et non eſt inuentus vnus qui confiteretur ſe aliquem perdidiſſe.
Ipſe aperiēs fardellas diuicias multas inuenit. de quibꝰ non modi
cum gaudens diues effectus eſt. Cum vero ſecunda die guido ad fo
reſtam venit et inſtrumentū ferreū vt lingna ſcinderet nō haberet
reſpexit ſuperius et vidit ſimeā quam de fouea extraxit que cū den
tibus et vnguibus tantū frāgebat ꝙ guido ſine labore aſinū ſuū
onerauit. et domi eſt reuerſus. Tercia vero die guido ad foreſtam
reuertitur et cum ſederet ad ꝑparandū inſtrutū vidit ſerpentē quē
de fouea extraxit portantē lapidem in ore ſuo coloratū triplici colo
re. Ex vna parte erat albus ex alia niger ex tercia rubicundus. Os
ſuum aperuit et in gremio eius permiſit cadere et abceſſit. Guido
cum lapide ad vnum peritum acceſſit. Qui cū eum vidiſſet et virtu
tem ipſius cōgnouiſſet. libenter centum florenos pro lapide dediſſʒ
Guido vero virtute lapidis multa bona acquiſiuit. et in milicia m
eſt promotus. Quod intelligens imperator eū ad ſe venire precepit
et lapidem habere voluit pro pecunijs. aut extra regnum mitti. Ait
guido. Domine lapidem vendam. Sed vnum dico. Si modo valorē
michi dederitis ad me redibit. Qui dedit ſibi tricētos florenos. Quē
tamē guido in archa ſua inuenit et īperatori reddidit. Qui admirās
dixit. Dic michi vnde lapidem habuiſti. Ille vero a principio vſqʒ
ad finē narrauit. quomō ſeneſcallus in fouā cecidit cū leone ſimea
et ſerpēte et ꝙ ꝓ mercede vulneratus fuit a ſeneſcallo et qđ a leone
ſimea et ſerpente recepit. hoc audiens īperator cōmota ſunt omnia
viſcera eius cōtra ſeneſcallū et ait ei. Quid eſt quod audio de te.
Ille negare non poterat. Cui imperator. O peſſime magnā ingra
titudinem feciſti guidoni ex quo de periculo mortis te liberauit et
hic eum ſemiuiuū reliquiſti. O miſer ecce beſtie irracionales ſicut
leo ſymea et ſerpens mercedē ei reddiderūt. Tu vero hodie contra
bonum malum reddidiſti et ideo omnia que habes et dignitatē tuā
guidoni dabis et te hodie in patibulo ſuſpendendum iudico. Quod
audientes ſatrape imperijs eis placuit iudiciū. Et guido imperium
regebat et vitā in pace finiuit. ¶ Moralizacio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Kariſſimi iſte. Imperator eſt deus q̄ omnia videt. Pauper iſte
eſt homo qui nichil ex ſe habet. Job primo. Nudus egreſſus
ſum ex vtero matris mee nudus reuertar illuc. Deus pauperē iſtū
promouit quando eum dominū paradiſi conſtituit p̄s. Omnia ſub
ieceſti ſub pedibus eius ꝛc. Fouea in quam cecidit eſt mundus qui
eſt plenus foueis ſcȝ periculis quia totus mundus in maligno po
ſitus eſt. In iſto mūdo cecidit miſer homo ī multas foueas. gen̄. iij.
In ſudore vultus tui ꝛc. Leo in eandem foueam cecidit ſcȝ filius dei
quando naturam humanā aſſumpſit et in miſeria magna triginta
ānis vixit. p̄s. Cū ipſo ſum ī tribulatione ꝛc. Iſte ē leo de quo dicit̄
apoc̄. viij. Vicit leo de tribu iuda ꝛc. Deinde ſymea ideſt tua conſci
encia cecidit que ad modum ſymee lacerat ea q̄ ei diſplicent quia
ſemper contra peccatum murmurat. Item ſerpens cecidit ī foueam
ſcilicet prelatus vel confeſſor qui cum peccatore debet deſcendere. i.
cōdolere eis peccatis ſecūda ad corinth. vi. Quis infirmat̄ et ego
non infirmor. Item guido cum corda extraxit ſeneſcallum. Sic filiꝰ
dei cum corda paſſionis ſue nos extraxit de fouea miſerie et deptāte
dyaboli. Sed miſer homo hoc nō obſtante ingratus efficit̄ deo quo
ciens contra legem dei peccat. Guido erat verberatus ſic homo qn̄
mortaliter peccat quantū in eo eſt deū iterato crucifigit. Sed leo
ideſt deus dedit criſto īquantū homo decē aſinos oneratos ideſt oīa
p̄cepta ſub eius poteſtate antiqua et noua diſpenſando cū homine.
Et ſi illa p̄cepta fecerimꝰ ad eternas diuicias peruenimꝰ. Guido
ligna ſcindebat ideſt cōſciencia tua ſtimulat perpetrare ꝑ que corpꝰ
et animā in die iudicij operari poteris propter que requiem eternā
obtinebis quia ſi cōtra cōſciēciā agas ad iehēnā deduceris. Serpēs
dedit ei lapidem triplici colore coloratum. Sic prelatus et confeſſor
per informacionē ſacre ſcripture poterat lapidē ideſt criſtū obtinere
Ille lapis erat niger rubicūdus pulcher et. albus. Sic criſtus ſpecio
ſus forma pre filijs hominū. Item niger erat per paſſionē. Rubicū
dus per ſanguinis effuſionem. Qui ergo iſtum lapidem portat ille
habet habundanciā ſine defectu. Nec illum lapidem debes vendere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

niſi det tantū preciū quantū criſtus. ſcʒ per cōtricionē confeſſionē
et ſatiſfactionē. Sed ingrati ī patibulo infernali erūt ſuſpēſi. Electi
vero vitā eternā obtinebunt. Qđ nobis ꝛc.

DArius regnauit prudens valde qui tres filios habuit quos
multū dilexit. Cum vero mori deberet totā hereditatē pri
mogenito legauit. Secundo filio dedit omnia que in tempore ſuo
acquiſiuit. Tercio filio ſcʒ minori tria iocalia precioſa dedit ſcilicʒ
ānulū aureū. monile et pannū p̄cioſū. Annulus illā virtutē habuit
ꝙ qui ipſum in digito geſtabat graciā omniū habuit in tantum ꝙ
quicq̄t ab eis peteret optineret. Monile illā virtutē habuit ꝙ qui
eum in pectore portabat quicq̄t cor ſuū deſiderabat. qđ poſſibile eēt
obtineret. Pānus illā virtutē habuit ꝙ quicūqʒ ſuper eum ſederet
et intra ſe cogitaret vbicūqʒ eſſe vellet ſubito ibi eſſet. Iſta tria io
calia dedit filio ſuo iuniori vt ad ſtudiū pergeret. et mater ea cuſto
diret et tempore oportuno ei daret. Statimqʒ rex ſpiritū emiſit qui
honorifice eſt ſepultus. Duo primi filij eius legata occupabāt. Ter
cius filius ānulū a matre recepit vt ad ſtudiū pergeret. Cui mater
dixit. Fili ſciēciā acquire et a muliere caueas. ne forte ānulū pdas
Ionathas ānulum accepit. ad ſtudiū acceſſit et in ſciencia profecit
Poſt hoc cito quadā die in platea ei quedā puella occurrebat ſatis
formoſa. et captus eiꝰ amore eam ſecū duxit. Cōtinuo ānulo vtebat̄
et graciā omniū habuit et quicquid ab eis voluit habere optinuit
Puella eius cōcubina mirabat̄ ꝙ tam laute viueret. cū tn̄ pecuniā
nō haberet. Racionē quadā vice cū letus eſſet queſiuit. dicens qđ
creatura ſub celo non eſſet quā magis diligeret. ideo ſibi dicere de
beret. Ille de malicia nō p̄meditatus ſibi dixit virtutem ānuli eſſe
talem ꝛc. At illa cum ſingulis diebus cū hominibꝰ conuerſare ſoles
perdere poſſes ideo cuſtodiā tibi eū fideliter. Qui tradidit ei ānulū
ſed cū repeteret penuria ductus illa alta voce clamauit ꝙ fures ab
ſtuliſſent. Qui motus fleuit amare quia vnde viueret non habuit.
Qui ſtatim ad reginā matrem ſuam eſt reuerſus denuncians ei ānu
lum perditum. At illa. Fili mi tibi predixi vt a muliere te caueres.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Ecce tibi iam trado monile qđ diligēcius cuſtodias. Quia ſi perdi
deris. honorē et cōmodo ꝑpetuo carebis. Jonathas monile recepit
et ad idem ſtudiū eſt reuerſus. Et ecce concubina eius in porta ciui
tatis occurrit et cum gaudio eum recepit. Ille vt prius eā ſecum
habuit. Monili in pectore vtebaẗ et quicquid cogitabat habebat
et ſicut prius cōuiuia multa habuit et laute vixit. Cōcubina mira
batur quia nec aurum nec argentū videbat et cogitabat ꝙ aliud
iocale apportaſſet. ꝙ ſagaciter ab eo īdigauit. Qui ei monile oſtē
dit. Et virtutē eius dixit. Que ait. Semper monile tecum portas.
Una hora tantum cogitare poſſes qđ per annū ſufficeret tibi ideo
trade michi ad cuſtodiendū. At ille. Timeo ꝙ ſicut ānulū ꝑdidiſti
ſic et perderes monile. et ſic dampnū maximū incurrerem. Que ait
O domine iam per ānulū ſciēciā acquiſiui. Unde tibi fideliter pro
mitto ꝙ ſic cuſtodiā monile ꝙ nullus poſſet a me auferre. Ille cre
dēs dictis eius monile ei tradidit. Poſtꝙ̄ omnia cōſumpta fuiſſent
monile peciit. illa ſicut prius iurauit ꝙ furtiue ablatū eſſet. Quod
audiēs ionathas fleuit amare et ait. Nōne ſenſum perdidi ꝙ poſt
ānulū perditū monile tibi tradidi. Perrexit ad matrē et ei totum
proceſſum nūciauit. illa non modicū dolens dixit. O fili kariſſime
quare ſpem poſuiſti in muliere. Jam altera vice deceptus es per eā
et ab omnibus vt ſtultus reputaris. Ammodo ſapienciam addiſcas
quia nichil habeo tibi niſi pānum precioſum quem pater tuus tibi
dedit. Si illum ꝑdideris ad me amplius redire nō valeas. Ille pānū
recepit et ad ſtudiū perrexit et concubina eius vt prius gaudenter
eum recepit. Qui expandens pannū dixit kariſſima iſtum pannum
dedit michi pater meus et ambo poſuerūt ſe ſupra pānū. Jonathas
intra ſe cogitabat vtinam eſſemus in tātam diſtanciā vbi nullus
hominū ante venit. Et ſic factum eſt. Fuerunt enim in fine mundi
in vna foreſta que multum diſtabat ab hominibus. illa triſtis fuit
et ionathas votum vouit ꝙ dimitteret eam beſtijs ad deuorandum
niſi redderet annulū et monile. Que promiſit facere ſi poſſet et ad
peticionem cōcubine ionathas virtutem pāni dixit ſcilicet quicūꝫ

ſuper eo quieſceret et cogitaret vbi eſſe vellet ibi ſtatī eſſet. Deīde
ipſa ſe ſupra pannū poſuit et caput eius in gremio ſuo collocauit
et cum dormire cepiſſet ipſa partem panni ſupra quā ſedebat ad ſe
traxit. At illa cogitabat. vtinā eſſem ī loco vbi mane fui. Quod et
factū ē et ionathas dormiens in foreſta manſit. Cū autē de ſompno
ſurrexiſſet et pannū ablatū cū concubina vidiſſet. fleuit amariſſime
nec ſciuit ad quem locū pergere. Surrexit ergo et ſigno crucis ſe
muniens per quandā viam ambulauit per quā ad aquā profundā
venit per quam tranſire oportebat. que tam amara et feruida fuit
ꝙ carnes pedū vſqꝫ ad nuda oſſa ſepauit. Ille vero de hoc cōtriſta
tus vas impleuit et ſecū portauit et vlterius veniens cepit eſurire
vidēſqꝫ quādā arborē de fructu eiꝰ comedit et ſtatī factus ē loproſus
De frcū illo eciā collegit et ſecū portauit. Tūc veniēs ad aliā aquā
ꝑ quam tranſiuit q̄ aqua carnes reſtaurabat pedū vas de ea īpleuit
et ſecū portauit et vlterius ꝓcedens cepit eſurire. Et vidit quandā
arborē. de cuiꝰ frcū cepit et comedit. Et ſicut ꝑ primū fructū infectꝰ
erat. ſic ꝑ ſcd̄m fructū a lepra ē mūdatus. De illo fructu eciā attulit
et ſecū portauit. Dū vero vlterius ābularet. vidit quoddā caſtrū
et duo hoīes ei obuiabāt q̄rentes q̇s eſſet. At ille. Medicus peritꝰ
ſum. Qui dixerunt. Rex iſtius regni manet in iſto caſtro et eſt hō
leproſus. Si eū a lepra curare poſſes multas diuicias tibi daret. At
ille. Eciā. Qui adducentes ipſum ad regē dedit ei de ſecundo fructu
et curatus ē a lepra et de ſecūda aqua ad bibendū que carnes eius
reſtaurabat. Rex ergo multa donaria ei cōtulit. Jonathas igiť pꝰea
inuenit nauem de ciuitate ſua et illuc trāſfretauit. Rumor ꝑ totam
ciuitatē exiuit ꝙ magnus medicus adueniſſet et cōcubina ſua que
abſtulerat ei iocalia ad mortē infirmata ē mittens pro medico iſto
Jonathas ignotus eſt ab oībus. Sed ipſe eā cognoſcens dixit ei. ꝙ
medicina ſua nō valeret ei niſi prius cōfiteretᷣ oīa peccata ſua et ſi
aliquē defraudaſſꝫ q̇d redderet. Illa vero alta voce confitebatᷣ quō
ionathan decepiſſꝫ de ānulo monili et pāno et quō eū in loco deſerto
reliquiſſet beſtijs ad deuorandum. Ille hoc audiens ait. Dic domina

vbi ſunt iſta tria iocalia. Et illa. In archa mea. Et dedit ei claues
arche et inuenit ea. Jonathas ei de fructu illiꝰ arboris a qua leprā
recepit ad comedendū dedit et de aqua prima que carnē de oſſibus
ſeparauit ad bibendū ei tribuit et cum guſtaſſet et bibiſſet ſtatim
eſt arefacta et dolores interiores ſenciens lacrimabiliter clamauit
et ſpiritū emiſit. Jonathas cum iocalibus ſuis ad matrē ſuā prexit
de cuius aduentu totus populus gaudebat. Ille vero matri a prin
cipio vſqꝫ ad finē narrauit. quomodo deus eum a multis malis pe
riculis liberauit et per aliquos annos vixit et vitā in pace finiuit.

Moralizacio

Kariſſimi rex iſte eſt dn̄s noſter ihesus criſtus. Regina mater
eccleſia tres filij homines in mundo viuentes. Per primum
intelligo diuites et mundi potentes quibꝰ deus dat mundū ad vo
luntatē. Per ſecundū mundi ſapientes qui per ſapienciā mundanā
quicqꝫ habent acquirunt. Per terciū filiū bonū criſtianū ab eterno
electū cui dedit deus tria iocalia ſcilicz ānulū fidei monile ſue gracie
ſiue ſpei et pannū caritatis. Unde quicūqꝫ ānulum fidei portaueris
graciā dei et hominis et amorē habere poterit in tātum ꝙ quicqꝫ
deſiderat obtinebit. Sicut ſcribit paulꝰ. Si habuero fidē vt granū
ſynapis potero dicere huic menti tranſi et tranſibit. Si vero ī pec
tore hoc eſt in corde monile ſpei haueris cogita qđ volueris et qđ
iuſtū eſt obtinebis. Unde dn̄s. Petite et accipietis querite et inue
nietis. Et ad hebre. Spe ſalui facti ſumus. Si vero pannū carita
tis habueritis vbicūqꝫ eſſe volueritis obtinebitis. ad chor̄. vi. Ca
ritas non que ſua ſunt querit ſed que ihesu criſti. Et iohā. Deus
caritas ē. Sed iſta tria iocalia ſepius perdit homo in ſtudio iſtius
mundi per concubinā ſuā id eſt carnē ſcz per carnalē concupiſcenciā
Quia caro ſpiritui aduerſatur. Concubina traxit pannū a ionatha
ipſo dormiēte. Sic caro ſepius caritatē ab homine trahit ꝑ peccatū
mortale et eum in peccatis dormientē dimittit hominē ab omni grā
et adiutorio dei ꝙ̄diu ī peccato iacet. Jonathas excitatꝰ a ſompno
fleuit amariſſime. Sic tu poſtqꝫ excitatus fueris a ſompno peccati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

et te inueneris ſine gracia et virtutibꝰ merito flere poteris. Quid
ergo ē faciendū. Surge velociter ꝑ opera miſericordie et ſigna te
ſigno ſancte crucis ī pectore et inuenies viā ſalutis. Perge quouſqꝫ
veneris ad aquā. ꝑ quā caro ſeparatᷣ ab oſſibꝰ. Aqua iſta ē cōtricio
que tā amara debet eſſe. qꝛ debet ſeparare carnē ideſt carnales delec
cationes ab oſſibus ideſt peccatis in quibꝰ deum offendiſti. Et vas
cordis tui de hac aqua debes iplere et qᷓdiu ī hoc mortali corpore
fueris cōtricionē in corde habeas. Deinde vlterius debes procedere
et fructū arboris comedere. Ille fructus eſt penitencia per quā aīa
ſuſtentatᷣ. et corpus denigratᷣ ſepius ad modū leproſi. Illum fructū
debes colligere et ſemper tecum portare. Cum vlterius proceſſiſſet
venit ad ſecundā aquā per quā caro erat reſtaurata. Aqua iſta eſt
cōfeſſio que reſtaurat virtutes perditas. Cum vero vlterius ꝓgeret
de fructu ſecunde arboris comedit et curatus eſt. Fructus ille ē fructꝰ
penitēcie ſcꝫ orationis ieiunij et elemoſine. De iſtis fluuijs et fruc
tibꝰ debes ſemꝑ portare tecū. vt ſi a caſu aliquē regem leproſum
īueneris. ipſum cures. Rex iſte poteſt dici homo per peccatū infectꝰ
qui per fructū confeſſionis et aquā cōtricionis curari poterit. Duo
qui ſibi in via occurrerunt et ad curandū te ducunt. ſunt timor dei
et iehenne propter qᷓ homo declinat a malo et facit bonum. Naues
que ionathā duxerunt ad patriam. ſunt diuina precepta que nos
ducunt ad gaudia eterna. Sed oportet nos prius videre cōcubinā
ſcilicet carnem ſpiritui contrariam et eam in lecto carnalis cōcupiſ
cencie inuenies. Da ei de fructu penitencie cū aqua cōtricionis. per
que duo intumeſcat. hoc eſt eleuetᷣ ꝑ bonam deuccionē ad recipiēdū
iugū penitencie et ſic tu poteris ſpiritū deo reddere cū iocalibus
id ē bonis virtutibꝰ et ad patriā regni celeſtis ꝓuenire. Ad quā ꝛc.

Olim erat qdā rex q̄ habuit duos milites ī vna ciuitate vnꝰ
erat ſenex alter iuuenis. Senex erat diues et pulchrā puellā
ꝓpter eiꝰ pulchritudinē in vxorē duxit. Juuenis miles erat pauꝑ et
quādā vetulā locupletē ꝓpt diuicias accepit quā miles nō multū di
lexit. Accidit ſemel qꝛ miles iuuēis ꝑ caſtꝝ ſeīs militis ābularet et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

vxoꝛ ſenis militis in quadam feneſtra in ſolacio ſedebat et dulciter
cantabat. Iuuenis miles cū eam vidiſſet captus eſt in amoꝛe eius
et ī animo cogitabat. Melioꝛ eſſet cōbinacio inter me et illā iuuē
culā ꝙ̄ inter ipſam et vir̄ ſuum qui eſt homo ſenex et impotens et
ꝙ vxoꝛ mea eſſet vxoꝛ eius. Et ab illo die incepit eam diligere et
clenodia dare. Domina vero eciam miro modo eū dilexit et quādo
potuit ad eum acceſſit et ōnibus viribus nitebaꝰ ſi poſſibile eſſet ī
vir̄ accipere poſt moꝛtem viri ſui. Erat autē āte feneſtrā caſtri ſenis
militis arboꝛ ficuum in q̄ omni nocte philomena reſidebat que dul
citer cantabat ꝓpter cuius cantū domina ſingulis noctibus ſurrexit
et ad feneſtrā perrexit et per magnum ſpaciū ibidem exſpectabat
vt canticum philomene audiret. Cum hoc percepiſſet vir eiꝰ ꝙ ſin
gulis noctibus ſurgeret ait ei. Kariſſima qua de cauſa de lecto ſingu
lis noctibus ſurgis? Que reſpondit. Super arboꝛem fici omni nocte
reſideret philomena que tam dulciter cantat ꝙ opoꝛtet me ſurgere
et eam audire. Miles hoc audiens de mane ſurrexit et cum arcu et
ſagitta ad arboꝛem fici perrexit philomenā occidit et coꝛ extraxit
et vxoꝛi pꝛeſentauit. Dn̄a vero vidēs coꝛ philomene fleuit amare
dicens. O bona philomena feciſti qđ debuiſti. Ego ſum cauſa moꝛ
tis tue. Statim nunciū ad iuuenē militē miſit nūciando ei crudeli
tatē mariti eo ꝙ philomenā interfeciſſet. Miles h̊ audiēs cōmota
ſunt omnia viſcera eius et ait ī coꝛde ſuo. O ſi conſtaret iſti crudeli
quātus ē amoꝛ inter me et ſuā vxoꝛē peius me tractaret. Armauit
igiꝛ ſe duplici armatura et caſtrū intrauit et ſenem militē occidit.
Poſt hoc cito moꝛitur vxoꝛ ſua et ipſe cum gaudio vxoꝛem ſenis
militis occiſi ī matrimoniū duxit et ambo longo tempoꝛe vixerūt
et in pace vitam finierunt.

Kariſſimi per iſtos duos milites intelligere debemus moyſen
pꝛophetā et dominū noſtrū iheſum criſtū. Criſtus erat ſenex
qui ab eterno iuuenculā deſponſauit ſcꝫ legē nouā. Moyſes erat iu
uenis quia in tempoꝛe factus qui legē antiquā deſponſauit. Arbor
in qua philomena cātauit ē crux in q̄ criſtus pepēdit. Philomena

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

eſt eius humanitas que dulciter cantabat quando patrē celeſtem pro genere humano rogauit. Sed iudei nō poterāt pati ꝙ domina ſurgeret de lecto ideſt ꝙ tot ſurgerent de lecto peccati et criſtum inſequebant̃. Ideo eius humanitatē occiderūt et cor eius ideſt amorē quē nobis ideſt cuilibet criſtiano oſtendit vt a peccato quieſcat et deo fideliter ſeruiat. Moyſes vero armauit ſe duplici armatura et leonē occidit ideſt armauit ſe cerimonijs et circūciſione et non tm̄ peccata eius ſed oīm fideliū a primo parente vſqꝫ ad aduentū criſti ipſum occiderunt. ſicut eſt ſcriptū. Ipſe peccata noſtra in corpe ſuo tulit. Quid ſequit̃ poſtea? Certe moyſes ideſt quilibet fidelis qui deſiderat ianuā regni celeſtis intrare oportet vt legē deſponſet. Juxta illud math. Qui crediderit et baptiſatus fuerit ſaluus erit.

Miles quidā prexit vt vineā ſuā vindemiaret. Vxor autē eiꝰ putans ipſum diucius moraturū amaſiū habuit ꝓ quo miſit vt cito veniret. Qui cū veniſſet camerā intrauit. Et cū ābo ī ſtratu eſſent venit miles ſcꝫ maritus ramo vinee in oculo ꝑcuſſus et oſtiū percutit. At illa tremebunda aperuit priꝰ tamen amaſiū abſcondit. Miles ergo intrās. oculū doluit et lectū vt quieſceret parare iuſſit tūc vxor timēs ne amaſiū in camera latitantē videre poſſet marito ait. Quid feſtinas ad lectum? Dic michi quid tibi accidit. Illo ergo referēte. ipſa reſpondit. Dimitte me inquit domine vt ſanū oculum arte medicinali confirmem ne illo forſitan morbo alterum ſimiliter amittas. Quod ille ſuſtinens os ſuum illa quaſi ꝓ medicina ſupra mariti oculum ſanū appoſuit et manu amaſio innuens ille receſſit. Quo facto dixit vxor marito. Modo ſecura ſū ꝙ nullū malū oculo ſano eueniet. Jam lectum aſcende et quieſce.

Kariſſimi miles iſte ē ꝑlatus eccleſie qui habet ſanctā eccleſiā cuſtodire et oues ſibi traditas regere. Vxor adulterata ē aīa q̄ ſepius ꝑ pcc̄m dyabolo adheret. Miles ꝑcutit̃ oculo q̄ciēs ꝑlatus muneribꝰ excecat̃. Quia ſcriptū ē ſapie. vi. Munera excecāt oculos iudicū ſic ꝙ neceſſe habeat camerā bone vite intrare et omnē auariciā et cupiditatē a ſe excutere ꝑ penitenciā. Tūc audacter debet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

oſtiū cordis ſui percutere et tūc vxor ideſt anima aperit vt gloriam dei recipiat. Sed heu ſepe per carnales affectiones et mūdi blandiciones oculus ſanus ſcꝫ cordis cū quo deberemus deum contemplari offuſcatur per mundi vanitates et carnis voluptates in tantum ꝙ periculū ſui ipſius et ſubditoꝝ poterit aduertere et per penitenciā emēdare. Studeat ergo vnuſquiſqꝫ ſic oculos mentis ad deum dirigere vt poterit omne velamē peccati expellere.

Miles quidā erat qui peregre ꝓficiſcens cōmiſit vxorē ſuam ſocrui ſuo ſeruandā ideſt matri vxoris ſue. Vxor autem poſt deceſſum mariti quēdā iuuenem amauit quod matri iudicauit. Illa vero ſtatim ſibi fauens iuueni accerſiuit quibus epulantibꝰ miles adueniens hoſtiū pulſauit. Statim vxor ſurgens amaſium in lecto abſcondit et poſt hoc oſtium marito aperuit. Qui cū intrauit precepit vt lectus pararetur. Laſſus nāqꝫ quieſcere voluit. Vxor ꝑbata qd faceret cogitauit. Quod videns mater ait. Ne feſtines filia lectum parare donec monſtremus marito tuo lintheum quod fecimus. Mater eregens lintheum quantum potuit per vnum cornu alterum filie ad ſubleuandū dedit et tamdiu lintheum extenderūt donec amaſius eſt egreſſus et ſic maritus deluſus ē per extenſionē. Quo facto ait mater filie ſue. Nunc extende lintheū ſuꝑ lectum mariti tui qd manibꝰ tuis et meis cōtextū eſt.

Moralizacio.

Kariſſimi miles iſte eſt q̄libet homo qui poſt baptiſmū pergit tamq̄ peregrinus in mundo iſto. Quia q̄diu hic ſumꝰ peregrini ſumus p̄s. Ego peregrinus ſum et filius matris mee. Sed in illa peregrinacione vxor ſcꝫ caro ſepius adulteratꝛ cum vicijs et cōcupiſcencijs. Miles ad oſtiū pulſat quociens recordatꝛ quid et q̄tū contra deū deliq̄t et ideo tenetꝛ pulſare ideſt orare ieiunare et cetera opera bona facere et ſic poterit camerā bone vite intrare et in predictis diuinis quieſcere. Sed vxor ideſt caro ſepe hoc percipiens ꝙ homo penitenciā ꝓponit facere turbatur quia nō ſuſtinet libenter penitenciā ſtatim mater ideſt mundus hoc percipiens erigit lintheamen ideſt mundi vanitatem in quibus tantum homo delectatur ꝙ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

periculum ꝓpꝛium non aduertit quod eſt dolendum.

Quidam miles generoſus quendā regem a quo feodatus erat
grauiter offenderat et miſit ad eum milites vt pro eo interce
derent. Dix enim eius amiciciam ſub hoc pacto obtinuerūt ſcilicet
ꝙ ad curiam eius pedeſter et equeſter pariter ideſt ſemi equitās et
ſemi ambulans veniret et q̄d duceret ſecū amicū fideliſſimū et iocu
latoꝛem optimū et inimicū perfidiſſimū. Miles multū contriſtatus
cogitare cepit quō hoc poſſet īplere. Quadā vero nocte cū ꝑegrinū
quendā hoſpicio recepiſſet clam dixit vxoꝛi ſue. Scio ꝙ peregrini
pꝛomptā pecuniā ſecū poꝛtāt. Volo ergo ſi tu ſuaſeris eū interficere
et pecuniam eiꝰ obtinebimꝰ. At illa bonū eſt cōſiliū. Cunctis ergo
doꝛmientibus circa diluculum. ſurgit miles excitans peregrinū et
abire iubet et vnū de ſuis vitulis ī fruſta ſcidit ponens eū in ſacco
Deinde vxoꝛem ſuam excitat dans ſibi ſaccum vt in angulo domus
abſconderet dicens. Tantū caput et crura cū brachijs in hoc ſacco
poſui. coꝛpus autē in nr̄o ſtabulo ſepeliui. Hijs dictis aliquantulā
pecuniā ſibi oſtendebat ac ſi illā peregino moꝛtuo abſtuliſſet. Cum
autē dies adeſſet vt domino ſuo ſe p̄ſentaret. accepit a dextris canē
et paruū filiū ſuū in gremio et vxoꝛē a ſiniſtris. Cumq̨ caſtro dn̄i
ſui appꝛopinquaret dextrū crus ſuper doꝛſum canis ſui velut equi
tās poſuit ꝑ alcū gradiēdo. ſicq̨ pedeſter et equeſter caſtrū dn̄i ſui
intrauit. quo viſo rex cū aſtantibꝰ mirabat̄. Ait ei rex. Vbi ē amicꝰ
tuus fideliſſimus? Qui ſtatī euaginans gladiū ſuum canē grauiter
vulnerauit qui cū clamoꝛe et doloꝛe fugit. Deinde miles eum reuo
cauit et canis ad eum venit. Ecce fideliſſimū amicum meū. Cui rex.
Verū dicis. Vbi eſt ioculatoꝛ tuus? Cui miles. Ecce paruulus filius
meus cum ante me ludit magnum ſolacium michi facit. Ait rex.
Vbi eſt maximus inimicus tuus. qui ſtatim dedit alapam vxoꝛi ſue
dicens. Quare tu tam impudice reſpicis dominū meum regem. Illa
ſtatim reſpondit. O maledicte homicida. quare me percutis. Nōne
in domo tua pꝛopꝛia lamentabile homicidiū perpetraſti et pꝛo mo
dica pecunia peregrinū occidiſti? Iterū miles dedit ei alapam dicēs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

O maledicta. cur filiū tuū dehoneſtare non formidas. Que ſtatim
iracūda tota facta eſt. et dixit. Venite oſtendā vobis ſaccū in quo
occiſi peregini caput et brachia poſuit et ſtabulū in quo eiꝰ corpꝰ
ſepeliuit. Cum veniſſent vt experirent̄ et locū eius vxor oſtēderet
cito effodiētes viſis carnibꝰ vitulinis obſtupuerūt. aſtuciā militis
cognoſcētes dignis et laudibꝰ eū extollerūt. q̄ poſtea dn̄o ſuo regi
ſpeciali dilectionis vinculo eſt ānexus. ¶ Moralizacio.

Kariſſimi miles iſte qui ſui regis graciā perdidit eſt peccator
qui ad optinendā graciā domini ſui. Premittit ītercessores
deo ſcꝫ dilectos homines quaſi cōſanguineos et amicos. Vt autem
dn̄o ſuo ſatiſfaciat. pedeſter veniat et equeſter. Pedeſter ideſt terre
na et tēporalia quaſi deſpectabilia conculcādo. Equeſter vero toto
cordis deſiderio celeſtia cōtemplando. Sed canē quoqꝫ a dextris ꝓ
amico fideliſſimo ſecum ducat .i. angelū ſuū bonū vel preſbiterum
qui animā tuā habet cuſtodire q̄ licet ſepius gladio ſuoꝝ criminū
vulneretur et offendat̄. Recurrit tamē fideliter vt amicus qui ſua
ſecreta coram familia prīcipis reuelat. Joculatorē ideſt pueꝝ paruū
in gremio habere debet ideſt conſcienciā bonā que ſi bene regulat̄
multum delectat hominē. Vxorem vero a ſiniſtris pro inimico per
fidiſſimo ducat ideſt carnis molliciem vel demonē qui ſua ſecreta
coram familia principis et amicis ideſt coram cunctis angelis atqꝫ
ſanctis īminente mortis hora in perdicionē ſui detegit et reuelat.
Tunc merito laudabit̄ miles ſapiens qui predictos inimicos ſic fe
fellit occulte vitulum mactando et in ſecreto domus in angulo ſub
terrando ideſt corpus ꝓprium in ſecreto cubiculo flagellando aut
ſecreta pectoris cōſciencia lacrimoſa intenſe mundando nec tamen
homicidiū perpetrādo .i. modū debitū non excedendo ſed ieiunijs
et oracionibus alijs bonis operibus ſapiēter in omnibꝰ inſiſtendo
per que tandem domini ſui graciā quā perdiderat rehabebit.

Erant duo fratres quorū vnus erat laicus et alter clericus.
Laicus ſepe audierat a fratre ſuo ꝙ mulieres ſecretū alicuius
non potuerūt occultare. Cogitabat experiri hᵒ cū vxore ſibi dilecta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

cui dixit vna nocte. Kariſſima ſecretū habeo tibi panderē ſi certus
eſſem ꝙ nulli diceres quia ſi cōtrariū faceres cōfuſio intollerabilis
michi eſſet. At illa. Domine noli timere vnū corpus ſumus. Bonū
tuū eſt meū et econuerſo et eciā malum ſimiliter. Qui ait. Cum ad
priuatam acceſſiſſem vt opus nature facerem coruus nigerrimus a
parte poſteriori euolabat. de quo ſum contriſtatus. Que ait. Letus
eſſe debes ꝙ a tāta paſſione es liberatꝰ. Mane vero mulier ſurrexit
et ad domū proximi ſui iuit et dñe domus dixit. O dña kariſſima
potero tibi pandere aliqua ſecreta. Que ait. Ita ſecure ſicut anime
tue. Que dixit mirabil' caſus accidit marito meo nocte iſta. Acceſſit
ad priuatam vt opus nature faceret et ecce duo corui nigerrimi a
pte poſteriori euolabant de quo multū doleo. Et illa ad aliā vicinā
narrauit de tribꝰ. Et tercia de quatuor. Et ſic vltra ꝙ ille diffamatꝰ
eſt ꝙ. lx. corui de eo euolaſſent. Ille turbatus de rumore conuocauit
populū cui narrauit rem geſtam quomodo mulierem voluit expiri
ſi ſciret ſecretū tenere. Poſt hoc moritur vxor eius et ille cenobiū
intrauit tres litteras didicit quaꝝ erat prima nigra ſecunda rubea
tercia candida.

Kariſſimi ille qui maliciā mulieris probauit poteſt dici homo
mundanus qui conamine toto laborat vt bona mundana ac
quirat et ſepe cū credit ſine offenſione euadere cadit ī mille vt qui
cadit in ſuperbiā cadit in multos alios defectus contra ſalutē aīe
ſue. Et hoc eſt coruū nigrū a parte poſteriori exire ideſt peccatū in
effectu. et ſic homo diffamatᷣ non tantū per vxorem propriā ſcilicet
carnē ſed per vicinas alias ſcilicet per quinq; ſenſus. Fac ergo tu
ſicut et ille. Collige populū ideſt oīa pterita et pſencia facta tua et
purgate ꝑ viā cōfeſſionis et tūc poteris cenobiū bone vite intrare
et in tribꝰ litteris ſtudere ꝑ qđ ſtudiū acqris brauiū eternū. Prima
littera eſt nigra et eſt recordacio peccatoꝝ q̄ tamꝙ̄ nigra et grauis
ſarcina torquent et cruciant cotidie pectus tuum cū recordacione
pene īfernalis. Secūda littera ē rubea et ē recordacio roſei ſanguis
tui creatoris quē in cruce pro te miſero peccatore de quinq; riuulis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ſuis fudit miſericorditer et habundater tribuit. Tercia littera eſt candida et eſt deſideriū celeſtiū gaudioꝝ et eoꝝ qui ſequūtur agnū de in albis quocūqꝫ ierit. Si iſta tria in corde nobiſcū firmiter habuerimus ſine dubio regnū eternū obtinebimus.

REfert macrobius ꝙ quidā puer romanus nomine papirus ſemel cū patre ſenatū ſapientū intrauit vbi quoddā ſecretū conſiliū preceptū erat ſub pena capitis cuſtodiri. Cumqꝫ puer eſſet reuerſus ad domū mater eius interrogauit puerū quid conſules p̄cipiſſet nemini dicere ſub pena capitis. Ait puer. Non licet alicui reuelare. Audiens hoc mater plus incepit precibꝰ promiſſis minis et verberibus puerū ad reuelandū ſecretū inclinare. Tandem puer vt ſatiſfaceret matri et ſecretū teneret dixit. hoc eſt conſiliū vtrum ſit melius ꝙ vnꝰ vir ducat plures mulieres vel vna mulier ducat plures viros ī matrimoniū. Quo dicto mater alijs feminis romanis ſecretū hoc propoſuit. Que omnes altera die cum turma venerūt ad ſenatū petentes pocius vnā duobus ꝙ̄ duas feminas vni viro nubere. Senatores vero pauentes in verecūdo ſexu tam impudicā inſaniā mirabant̄ quidnā ſibi vellet tanta feiaꝝ intēperies vt puerei prodigiū et tam verecūda poſtulacio quid ſonaret. Puer papirꝰ hoc videns dixit ſenatoribꝰ rem geſtam. Qui puerū cōmendantes ſtatuerunt ꝙ hic puer ſemper ſenatui intereſſet in conſilio et nullꝰ alius in futurum.

Moraliſacio.

KArissimi puer iſte eſt quilibet homo purus a puritate vite qui cum patre ideſt prelato intra conſiliū ſapientū ideſt religionū in quo tractat̄ ſalus et ſapiencia anime que quidā ſapiencia nō omnibꝰ eſt exponenda ſed ſicut decet vnūquēqꝫ ſcd̄m ſtatum ſuum et penitenciā quā a proprio ſacerdote non debet alijs reuelare et multa alia ſunt que nō debent recitari. Mater vero ē mundus iſte que ſuadet homini religionē dimittere ſecreta pandere hoc eſt in corde non retinere ſed pocius abicere et ſi nō poterit hominem ſic ſeducere tunc per minas ideſt per tribulationes paupꝫtates et alia intendit ſeducere. Fac ergo tu ſicut fecit puer papirus. Mundum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

decipias per voluntariā paupertatem et oſtendas ei ꝙ due femine ideſt diuerſa vicia carnales delectationes pocius debent tradi ſub cuſtodia rationis ꝙꝫ ꝙ raro ſuppediteť ſub volūtate et delectacione momentanea. Sed ſine dubio quantum eſt in corpore pocius vult eligere ꝙ racio ſuppediteť ſed nullo modo aſſentire debes ſed econ uerſo pocius. Et ſic ꝑconſequens puer papirus ideſt homo purus poterit ꝑmanere inter ſapientes virtutes bonas habere ideſt inter viros ſanctos ſiue ſanctas cōtinue poterit verba ſalutis audire et vitā eternā obtinere quā nobis concedere ꝛc.

Miles quidā tyrānus erat qui ꝑ multa tēpora quēdā famulū fidelem tenuit ac in omnibus prouidū. Quadā vero die cū ad nundinas cum eodem ſeruo per nemus tranſiret accidit vt miles xxx. marcas argenti in medio nemoris perderet famulo ignorante. Cum vero pecuniā non inueniret famulū interrogauit ſi pecuniam inueniſſet. Qui ſtatī negauit et iurare cepit ꝙ nichil ſciret et verū dixit. Qua non inuenta ſtatī pedem famuli amputauit et eo relicto domi ꝑrexit. Erat prope viam herimita qui cum fletum et clamorē famuli audiret velociter accurrit audiuitqꝫ confeſſionē ipſius. Et dum cognoſceret eum innocentē ad hoſpicium ſuum ipſum in ſuis humeris portando miſericorditer ꝑduxit. Deinde oratorium ſuū intrauit et domino improperauit ꝙ nō eſſet iuſtus iudex eo ꝙ illū inocentē hominē pedem ſuū perdere ꝑmiſiſſet. Cūqꝫ diucius oraſſet et fleuiſſet et dn̄o quaſi pro falſo iudicio quodāmodo improperaſſꝫ venit ad eū angelus dicens. Nūquid legiſti in ps̄. Deus iudex iuſtꝰ fortis et paciens? At ille. Multociens legi illud et credidi ex toto corde. Sed vel ego hodie erraui. aut ille miſer qui pede ſuū ꝑdidit ſub velamine confeſſionis decepit me. Reſpondit angelus. Noli loq̄ aduerſus dn̄m iiquitatē. q̇a oēs vie eiꝰ veritas et iudicia eiꝰ eq̄tas Cōmēda mēorie qđ ſepius legiſti. Judicia dei abiſſus multa. Scias itaqꝫ illū hoīem pedē ſuū ꝓ culpa veteri ꝑdidiſſe. Nā an̄ multa tp̄a cū eodē pede matrē ſuā p̄cipitauit maliuole de quadā biga ꝓ q̊ ſcō̄ poſtea nūq̄ȝ condignā penitenciā egit. Miles ille dn̄s ſuꝰ volebat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

dextrariũ emere ad congregandũ maiores diuicias. in detrimentũ
anime ſue et ideo iuſto dei iudicio perdidit pecuniã. Quidã pauper
fidelis cum vxore et paruulis ſuis cotidie domino ſupplicabant vt
dignaretur ſibi in neceſſarijs prouidere. Qui pecuniã iuenit et cõ
feſſori ſuo obtulit diſpendendã. Qui circũquaqꝫ ſciſcitando veracit
illum inuenire non potuit cuius erat. Ergo eidem pauperi partem
eiſdem pecunie tribuit propter deum. reſiduã alijs pauperibus ero
gauit. Pone ergo cuſtodiã ori tuo. ne dño aliquatenꝰ improperes
vt feciſti. Cum ipſe ſit iudex verus fortis et paciens. [Moralizacio]

Kariſſimi. iſte miles poteſt dici quilibet bonꝰ prelatus q̃ debet
indui armatura dei vt poſſit ſtare firmiter contra inſidias
dyaboli. Famulus fidelis ẽ ſubditus in omnibꝰ prelato ſuo obediẽs
Prelatus ille habet theſaurũ ſcꝫ animas ad cuſtodiẽdũ quas ſepe
ex negligencia ſua perdit. quid ergo eſt faciendũ? Certe debet di
ligenter ꝙdiu eſt in vita inquirere ſalutem anime. Et ſi inuenire
non poterit. amputet pedem dextrũ ſubditi hoc eſt talem rebellem
caſtigare et eũ ab eccleſia amputare. donec cognoſcat ſe deliquiſſe
Sed dic michi quomõ? Ecce famulus poſtꝙ amiſit pedẽ incepit cla
mare. Sic peccator per confeſſionẽ clamat vt dicit ꝓpheta clama
ne ceſſes quaſi tuba exalta vocẽ tuã ꝛc. Ad cuiꝰ clamorẽ heremita
ideſt diſcretus confeſſor habet eum portare in humeris ſuis hoc ẽ
eum informãdo. predicando penitenciã dando et in domũ eccleſie
introducẽdo ꝑ opera miſericordie et habet pro eo intercedere dñm
non ei improperãdo ſed deũ intime dep̃cando vt talem conuerſum
conſeruet et cuſtodiat. Qui aliqñ cum pede ideſt affectione peruerſa
matrem ſuã ideſt eccleſiam precipitauit quantũ in eo fuit quando
diuina precepta non cuſtodiuit. Angelus qui heremitã informauit
eſt cõſciencia pura non ficta cuiuſlibet prelati et cõfeſſoris qui eos
ligat et ducit vt ad clamorẽ peccatoris cito ei occurrãt et in domũ
dei cito introducant. Pauper qui pecuniam inuenit eſt criſtus qui
animã ſepe cuſtodit ne labat ĩ infernũ donec peccator ꝑ penitẽciã
reſurgat et ſic animã mundã a criſto recipiat quia ſine eo nullum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

bonū opus poſſumꝰ facere. Pone ergo tu peccator cuſtodiā ori tuo
ne aliq̄d contra deū dicere preſumas. Deus enī eſt iuſtus iudex et
fortis et paciens ideo non dicas quare fecit me et poſt hoc dimiſit
me cadere. Vel alio mō poteſt reduci. Iſte miles poteſt dici primꝰ
parens adam cui deus dedit infinita bona quia hominem conſtituit
dominū omniū creaturaꝝ ps. Omnia ſubieciſti ſub pedibꝰ eius ꝛc.
Famulus fidelis eſt racio que in eo dominat̄. q̄diu in puritate vite
remanſit theſaurū paradiſi quē deus ei cōmiſit pro ſe et hereditibus
ſuis habuit. Sed adam volens plura acq̄rere quando appetebat vt
alter deus non eſſet ſtatim theſauꝝ paradiſi perdidit et tūc pedem
dextrum famuli amputauit qꝛ ſeductus per euam ſcilicet per ſenſua
litatē non per racionē preceptū diuinum vilipendit ſed oleum miſe
ricordie clamādo pecijt in valle huius mūdi quando in ſudore ſuo
panem acquiſiuit. Cuius miſeriā videns dei filiꝰ de celo deſcendit
et eū per propriū ſanguinem redemit et in domum dei duxit quan
do infernū ſpoliauit. ipſe peccata noſtra in corpore ſuo portauit q̄n
pro nobis miſeris mortuus eſt. Pauper qui inuenit theſaurum eſt
criſtus q̄ paradiſum obtinuit nō pro ſe ſed ꝓ ōnibus qui eū diligūt
heremita deū precatus eſt ſic criſtus in paſſione per carnem incepit
timere cū dixit ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte et rogauit pro
genere hūano Studeamus igitur ꝛc.

MAximianus regnauit in cuiꝰ imperio erāt duo milites quorū
vnus erat iuſtus et timens deū alter vero cupidus et diues
qui magis ſtuduit mundo placere quā deo. Miles iuſtus quandam
terram annexam terre cupidi habebat quā cupidus toto conamine
deſiderabat habere. Sepius ad militē iuſtum perrexit et ei aurū et
argentū obtulit q̄tū volebat ſi terrā illā ei vēderet. Ille vero ſem
per rēnuit ſic ꝙ triſtis receſſit ſed cogitabat quomō eū deciperet.
Accidit ꝙ iuſtus moreret̄ ꝙ audiēs cupidus cartā nomine defūcti
ſcribi fecit quomodo defunctus in vita ſua ꝑ quādā ſūmam pecunie
ei terram quam deſiderabat vendidit. Quo facto tres homines ꝑcio
cōduxit vt ei ꝓhiberent teſtimoniū. Cū q̄bus ad defunctū acceſſit et

ſigillum eius inuenit. Camerā vbi defunctus iacuit intrauit omnes
et expulit exceptis ſuis teſtibꝰ. Deīde coram teſtibꝰ ſigillū in manu
defuncti poſuit et pollicem ſuꝑ ſigillū ita ꝙ cū pollice mortui cartā
ſuā ſignauit dicens. Ecce vos eſtis teſtes huius rei. Qui dixerunt
Sumus. Et ſic ille miles terrā illam vt ſuā occupauit. Cuiꝰ filius
defuncti dixit. Quare terrā meā occupas? qui reſpondit. Pater tuꝰ
michi eum vendidit. Cui ille. Pluries ad patrem meum veniſti et
pecuniā obtuliſti pro terra ſed pater meus nūq̄ voluit eam vēdere
Venerunt pariter adinuicē miles cupidus de emptione cartam ſigil
latim ſigillo defuncti oſtendit et teſtes adduxit qui huic teſtimoniū
ꝑhibuerūt. Cui filius defūcti dixit. Scio ꝙ hoc eſt ſigillum patris
mei. ſed ſcio ꝙ numq̄ tibi vendidit. quomō ſigillū et teſtes optinu
iſti ignoro. Iudex vero iſtos tres abinuicem ſeparari fecit et militē
ſimiliter. Et ſeniorē fecit adduci q̄rens ab eo ſi orationē dominicā
ſciret. Et fecit eum coram eo a pꝛīcipio vſqꝫ ad finē dicere. qua dcā
fecit illū poni in locū ſeorſum. Deinde iuſſit ſecundū adduci et ait ei
Kariſſime ante te ſocius tuus erat hic qui michi dixit ita verum
ſicut pater noſter. Ideo niſi tu dicas michi veritatatē quā a te que
ſiero ī patibulo te ſuſpendi faciam. Ille cogitauit ſocius meus totū
narrauit quō miles pollicem defuncti accepit et eiꝰ ſigillum et cartā
ſuam ſigillauit niſi veritatem dixero filius mortis ero. Qui omnia
per ordinem narrauit. Cū hoc audiſſet iudex fecit eū ſeorſum poni
et terciū adduci. Cui ait. Kariſſime ſocius veſter primꝰ dixit michi
ita verū ſicut pater noſter et ſecundus eciam ideo niſi tu michi veri
tatē dixeris morte t̉piſſima morieris. Ille cogitauit ſocij mei ōnia
ſecreta militis narrauerūt ideo bnnum eſt vt veritatē dicam. Qui
de verbo ad verbum iudici narrauit quomodo hoc factū fuit. Quē
iudex ſeorſum poni fecit et vocauit militē quē toruo vultu reſpexit
dicens. O maledicte. cupiditas tua excecauit te. Dic michi quomō
miles defunctus terram quam occupas tibi vendidit. Ille vero igno
rans de cōfeſſione teſtiū allegauit ꝙ iuſte occuparet. Cui rex. Male
dicte teſtes ꝑhibent teſtimoniū cōtra te quomō poſt mortē pollicē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

eiꝰ accepiſti et ſigillū eius. et cartā tuā ſigillaſti. Qđ audiēs miles
ad terrā cecidit et miſericordiā petiuit. Ait ei rex. Miſericordiam
quā meruiſti obtinebis. Et fecit tres teſtes trahi ꝑ caudas equorū
vſqꝫ ad patibulū et ibi ſuſpendi. ſimiliter et militem. Satrape regni
iudicium et ſapienciā regis laudabant ꝙ tam ſapienter veritatem
inueſtigaſſet et oīa q̄ ille miles habebat dedit filio defuncti militis
Qui gracias regi egit. Qđ hereditatē ſibi reſtituit.

KAriſſimi per iſtos duos milites intelligunt᷑ dyabolus et pri
mus parens. Filius eius erat totū genus humanū ab eo pro
pagatū hereditas paradiſus quā deus ſibi dedit. Hoc videns miles
cupidus ſcilicet dyabolus acceſſiſſet ad eū ſugerendo et temptando
vt paradiſum ꝑ peccatū amitteret. Jlle vero ꝙ̃diu remanſit in vita
ſcilicet in puritate vite hereditatem ſcʒ paradiſum occupauit. Sed
eo per peccatum mortuo qđ cōmiſit contra diuinū preceptu heredi
tatem perdidit et totū genus humanū poſt eum. Quomodo ꝑdidit᷑
Dico. Carta erat ſcripta quando eua cōſenſum prebuit vt de ligno
vite contra diuinū preceptum cōmederet. Erat ſigillata per adam
qui erat caput racionis et cui dabatur ſpecialiter preceptū quando
comedit et vxori magis adheſit ꝙ̃ deo. Sigillū vt ſcitis imprimit
ſuam impreſſionē in cera. Sic deus impreſſit ſuā ymaginē in adam
et eum dominū mundi conſtituit. p̄s. Omnia ſubieciſti ſub pedibus
eius ꝛ̄c. Jllam impreſſionem ideſt ymaginē dedit dyabolo quādo ei
obediuit et hoc cū pollice poſtꝙ̃ defūctꝰ erat. Pollex claudit totā
manū. pollice amiſſo manus vires amittit. Per pollicē debemus in
telligere racionem quā deus homini dedit vt bonum eligat et malū
reſpuat. Unde ꝙ̃diu homo racione regitur et racio ī eo dominatur
tamdiu poterit bene ſeipſum et alios regere. Sed qui caret racione
caret virtute et fortitudine ſpirituali. Adam vero primus parens
habebat ſcienciā a deo infuſam vltra omnes creaturas. Jta ꝙ oēs
creature ante peccatū ei obediebant. Hoc non obſtante ſcienter cū
pollice racionis adheſit dyabolo cum dyabolus ei dixerat. Non mo
riemini. ſed ſi comederitis eritis ſicut dij ſcientes bonum et malum

Dyabolus cum vidiſſet eū ſic ſeductū et hereditate celeſti priuatū volebat filiū ſcꝫ totū genus humanū excludere. Sed homo ſi cautꝰ fuerit debet ad regē celeſtē accedere. vt patriarche et prophete fecerunt. qui clamauerunt ad deū pro remedio. O dn̄e deus emanuel rex et legifer noſter. expectacio gencium et ſaluator eoꝝ veni ad ſaluandū nos domine deus noſter. Sed dybolus producit ſecū tres teſtes ſcilicꝫ ſuperbiā vite. cōcupiſcentiā carnis et cōcupiſcēciā oculoꝝ. cōtra quos oportet procedere prudenter. Primū teſtem debemꝰ examinare. ſi ſciat pater noſter ſiue orationē dominicā. Hoc eſt ſi aliquid fecerit propter quod peccatū ſuperbie cōtra eum teſtimoniū perhibeat. humiliet ſe in omnibus verbo et opere ita vere ſicut eſt oracio dominica et regem celeſtem placabit exemplo criſti qui erat patri obediens vſqꝫ ad mortē. Si vero homo timeat ſecundū teſtē ſcꝫ cōcupiſcenciā oculoꝝ ſcꝫ mundū in quo tantū delectatur pure cōfiteatur vt fecit ſecūdus teſtis et periculū poterit euadere. Si vero homo timeat terciū teſtem ſcꝫ concupiſcenciā carnis deo ſatiſfaciat per carnis maceracionē ideſt per veram ſatiſfactionē vt fecit tercīꝰ teſtis qui omnia recognouit. Unde ipſe cum duobꝰ ſocijs ſuis in patibulo erat ſuſpenſus. Sic et nos in patibulo penitēcie. De quo loquitᷣ apoſtolꝰ. Suſpendium elegit anima mea ideſt ſuſpendiū penitencie. Et ſi ſic fecerimus vitam eternum optinebimus.

Quidam rex habuit tantū vnicum filium quē multū dilexit. Qui filius a patre licenciā accepit vt mundum viſitaret et amicos ſibi acquireret. Qui per ſeptem annos vagabat in mundo et poſt hec ad patrem redijt. Pater gaudenter eum recepit et ab eo q̄ſiuit quot amicos acq̄ſiuiſſet At filius. Tres. Primū amicū plusq̄ꝫ meipſum diligo. ſecundū tantum ſicut meipſum. et terciū parū aut nichil. Cui pater. Bonū eſt eos ꝓbare et temptare anteq̄ꝫ idigeas de eis. Porcum occide et in ſacco pone et in domū amici quē plus diligis q̄ꝫ te perge de nocte et ei dic ꝙ a caſu hominē occidiſti. Et ſi inuentū fuerit corpus mecum morte turpiſſima ero cōdēpnatus. Rogo modo te ſicut te ſemꝑ plusq̄ꝫ meipſum dilexi ſuccurre michi

in hac maxima neceſſitate. Qđ et factū eſt. At ille reſpōdit. ſicut eū
occidiſti iuſtū ē vt pene ſubiacias. Sed ſi corpus meū eēt inuētū
forte ī patibulo ero ſuſpēſus. Verūptñ quia amicus meꝰ fuiſti ideo
tecū pergā ad patibulū et poſtꝙ̄ mortuus fueris tres vel quatuor
vlnas pāni tibi dabo ad corpus tuū inuoluendū. Ille hoc audiēs
ad ſecūdū amicū acceſſit et illū vt primū probauit. Ille ſicut primꝰ
rēnuit dicens. Credis me fatuū ꝙ ī tali periculo me ponere vellē.
Verūptñ quia amicus meus fuiſti ideo ad patibulū tecum pergā et
in via te conſolabor quantū potero. Ille ad terciū amicū acceſſit et
eum probauit dicēs verecūdor tibi loqui quia nūꝙ̄ pro te aliquid
feci et ecce nunc a caſu hominē interfici ꝛc. At ille. Libenter hoc
faciā et culpā michi īponā et patibulū ſi neceſſe fuerit ꝓ te aſcēdā
Hunc expertū eſt meliorē amicū ſuū fuiſſe. ¶ Moralizacio.

Kariſſimi rex ille eſt deus omnipotēs. filius vnicus ē quilibet
bonus criſtianꝰ qui per. xij. annos ideſt ī toto tempore vite
ſue habet ī mūdo cōuerſari et tres amicos q̄rere primus eſt mūdꝰ
quē plus diligit ꝙ̄ ſeipſum. Probatur hoc. Propter mundū homo
ponit ſe in periculo mortis modo in mari modo ī terra vitam ſepe
amittendo vt temporalia bona poſſet hr̄e ergo plus diligit mūdū
ꝙ̄ ſeipſum. Et ſi eū tēpore neceſſitatis probaueris ſine dubio tibi
deficiet ymmo de omnibus bonis tuis ſi tibi dederit duas vlnas vel
tres de pāno ad inuoluendū corpus tuū multū eſt. Secundū amicū
quē tantum diligis ſicut teipſum eſt vxor tua et filij tui et filie que
bene ad ſepulchrū in morte tecū plorādo pergunt. Et cum vxor ad
domū redierit infra paucos dies dolor recedit et aliū incipit amare
Terciꝰ amicꝰ ꝓ quo parū feciſti ē criſtus ꝓ cuiꝰ amore pauca bona
ſumus operati ymmo multa mala. Qui tempore mortis amicus eſt
ſi cōtriti et cōfeſſi fuerimꝰ ymmo pro nobis mortē ī cruce ſuſtinuit

Erat quidam rex qui pauperem quendā ad magnas diuicias
promouit. Eiqꝫ vnum caſtrū ad cuſtodiendū commiſit. Ille ſic
ſublimatus ſuperbus factus eſt valde. Cum inimicis regis conſiliū
habuit et ipſoꝝ ꝓditor factus caſtrū ipſis aperuit. Rex vero de hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

multum cōtriſtatus conſiliū habuit quō caſtrum rehaberet. Dictū ē
ei ꝙ nō poſſet caſtrū rehabere niſi tria haberet ſcilicet fortitudinē
ſapienciā et dilectionē vna cū diuicijs. Vn̄ in regno ſuo fuerūt tres
milites quorū vnus ceteris forcior. ſecundus ſapiencior. et tercius
regem multū dilexit. Iſti tres milites ſunt miſſi cum excercitibus.
vt caſtrū īuaderent. Primus miles fortis cum exercitu grādi ꝓceſſit
per quandā foreſtā in qua erant inimici regis et incepit viriliter
contra ipſos pugnare. Sed ſubito quedā ſagitta exijt de baliſta et
eum in iguinie percuſſit et mortuus eſt. Miles ſapiens poſt eum
foreſtā intrauit. et īcepit allegare iura. ſic volēs eos allicere. Veit
ſagitta que percuſſit eum inter pulmonē et ſtomachū et mortuꝰ eſt
Hec videns terciꝰ miles foreſtam intrauit. et incepit dulcia verba
proferre et ornate loqui. in tantum ꝙ illum libenter audiebant et
tranſire permittebāt. Verūptamē tantū cum eis fecit. ꝙ introitum
habuit in caſtrū. et ſic inter eos cōuerſabat̄ ꝙ omnes exiſtentes in
caſtro ſunt cum eo confederati. et ſic caſtrum pro lege acquiſiuit. et
ſuum vexillum in ſūmitate ordinauit. Cum rex hoc audiuiſſet ꝙ
tam prudenter caſtrū acquiſiuiſſet illum ad magnas diuicias pro
mouit.

¶ Moralizacio.

Kariſſimi rex iſte eſt dominus noſter ihesus criſtus qui illum
pauperem ſcȝ adam primū parentē ad magnas diuicias pro
mouit. quando eum ſeneſcallum paradiſi cōſtituit. Sed ille per pec
catum perdidit. Unde in toto regno mundi pauci erant inuenti qui
caſtꝝ predictum ideſt paradiſum poterat optinere. Vocati ſunt tres
milites per quos intelligo tria genera hominum. Per primū mūdi
potentes. qui credunt per potenciam et fortitudinē mundanā pa
radiſum acquirere. Et licet ſint ad hoc apti venit tamen ſubito ſa
gitta ſuꝑbie. et ipſos ſpiritualiter interficit. Per ſecundum militē
mundi ſapientes intelligere debemꝰ qui incipiunt iura allegare vt
ſunt iudices eccleſiaſtici aduocati et iudices tēporales qui credunt
per ſapienciā ſuam paradiſum acquirere. Et dum incipiunt vitam
tenere venit ſagitta auaricie ideſt burſa plena pecunie. et ſic ꝑcutit

eos et ſpiritualiter interficiunt. Per terciuw militem qui dulciter ſine tumultu loquebat criſtianum ſimplicem totaliter in deo cor habentem poterimus intelligere. nō confidens in pompa humana. nec de eius ſapiēcia ſed ſolūmodo in deo. Juxta illud ps. Beatus homo q̄ ſperat in domino. Certe talis caſtrū paradiſi poterit acquirere. Qđ nobis preſtare dignet.

REx quidā fecit proclamari ꝙ omnes indifferenter ad eū venirent et quicquit ab eo peterent obtinerent. Nobiles et diuites aliqui ducatum. aliqui comitatū. aliqui miliciā aliqui aurum et argentū pecierunt et obtinuerunt. Deinde pauperes et ſimplices venerunt ad regem eciam petentes. Quibus rex ait. Tarde veniſtis ante vos nobiles et principes venerunt et oīa que habui eis dedi. Qui triſtes de reſpōſione fuerunt. Rex vero pietate motus ait. Kariſſimi tantum eis tēporalia dedi ſed dominiū retinui q̇a nullus hoc petiuit. Ego do vobis hoc vt ſitis domini eorum et iudices. Diuites hoc audientes cōtriſtati ſunt et venerunt ad regem dicentes. Dn̄e confuſi ſumus ꝙ pauperes et ſeruos noſtros conſtituiſti iudices et dominos noſtros. Melius ē nos mori ꝙ̄ ſic ſeruituti ſubici. Ait rex: Kariſſimi nō facio vobis iniuriā. Quicquit a me petiuiſtis vobis dedi in tantum ꝙ nichil michi retinui niſi dominiū qđ dedi eis. Sed do vobis cōſilium. Quilibet veſtrum ſatis habet ad viuendū. Det ergo quilibet veſtrum partē de diuicijs pauperibus per quas poterunt honeſte viuere et ego dominium ab eis recipiam et apud me manebit et ſic eritis liberati a ſeruitute magna. Quod et factū eſt.

KAriſſimi rex iſte ē deus diues ſuper omnia. Preco ꝓclamās eſt predicator qui dicit petite et accipietis querite et inuenietis. Diuites et mundi potentes cū illum clamorem audierunt ſtatī cum ōni labore caſtra ciuitates aurū et argētū pecierunt et obtinuerunt. Sed criſtus tantum de mūdanis dedit eis qđ nichil retinuit. Math. Vulpes foueas habēt et volucres celi nidos filius aūt hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Deinde pauperes venerunt et nichil habuit eis dare niſi dominium et ſic eos conſtituit dominos

et iudices diuitū. iuxta illud math. Uos qui reliquiſtis omnia et
ſecuti eſtis me ſedebitis ſup ſedes iudicantes duodeci tribꝰ iſrahel
dicit dn̄s. Et illud math. v. Beati pauperes ſpiritu quoniā ipſoꝝ
eſt regnū celoꝝ. Diuites hoc videntes deberēt multū dolere ꝙ pau
peres qui ſerui eoꝝ fuerunt in hoc mundo debēt eſſe iudices et dn̄i
eoꝝ ī celo. Si ergo deſideratis cū eis regnare faciatis ſicut fecerū
illi. Quilibet det elemoſinā quantū poteſt pauperibus vt poterunt
viuere et ſine dubio cum eis poteritis in eternū regnare.

Ciuitas quedā erat in qua quatuor phiſici fuerunt in medi
cina periti. Junior alios tres in ſciencia excellebat in tantū
ꝙ omnes infirmos ad eum venientes ſaluauit. Qd alij inuidentes
moti ſunt contra eum et inter ſe dixerunt. Quomō poterimus iſtū
extinguere? Ecce totus mundus ad eum currit et nichil poterimus
propter eū lucrari. Ait vnus de tribꝰ. Ad tres leucas oī ebdomoda
viſitat ducem et die craſtina ad eum accedet ego ſtabo extra ciuita
tem ad vnam leucā tu vero ad duas et alius ad terciam. Cū vero
in fine prime leuce venerit ei obuiabo ſigno crucis me ſignabo et
quilibet veſtrum ſimiliter faciet. Jlle vero cauſam crucis queret.
Dicemus. Leproſus factus es et ex timore lepram īcurret quia dicit
ypocras homo timens lepram ex timore eam incurrit et cū leproſus
fuerit nullus ad eum accedet ꝙ factū eſt.

Kariſſimi per iſtos tres medicos qui quartū inficiebant debe
mus intelligere tria vicia que in iſto mūdo regnant ſcilicet
ſuperbia vite concupiſcencia carnis et cōcupiſcencia oculorū vel ſig
nant dyabolum mundū et carnem. Jſti ſunt medici reproborū qui
faciunt corpus in dilicijs viuere aīaz in inferno regnare. Medicus
ſubtilis eſt quilibet bonꝰ criſtianus ſicut ſunt prelati et cōfeſſores
qui habent nos ſpiritualiter curare virtutes inſerere et vicia extir
pare. Sed heu ꝓch dolor ſepe per illa tria vicia medicus ſpiritualis
eſt infectus in tantū ꝙ dignus non eſt gradū in eccleſia tenere ſed
extra vt ſunt ſymoniaci et alij q̄ ſunt diuerſis vicijs repleti. Kariſſi
mi ſi voluerimus ab iſtis vicijs cauere extra viam ambulemus per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

opera miſericordie et ſic poterimus ad regnum eternum peruenire
Quod nobis concedat x̄.

Quidam rex erat qui duos leporarios habuit qui ꝙ̄diu adinui-
cem erant ligati mutuo ſe dilexerunt ſed ipſis ſolutis quilibꝫ
alium voluit deuorare. Rex vero hoc videns multum dolebat quia
quando ludere cū eis volebat et venari ipſis ſolutis pugnabant et
ludo non intendebant. Rex conſiliū querebat ſuper hoc. Cui dictū
eſt ꝙ lupus fortis et crudelis adduci deberet et vnus de canibus
contra eum pugnare permitteret. quando vero canis fere fuerit de-
uictus alium canem contra eū admitteret et cum primus canis vi-
deret ſe auxiliatū ſemper poſt hoc adinuicē ſe mutuo diligerent. qḋ
et factum eſt. Et lupo quaſi deuincente et cane deficiente alius eum
defendit et ipſum occidit. Ab illo tempore tā ligati ꝙ̄ ſoluti canes
mutuo ſe dilexerunt. Moralizacio

Kariſſimi rex iſte eſt dominus noſter iheſus criſtus duo canes
adiuicē ligati ſunt corpus et anima ī baptiſmo ligati. ꝙ̄diu
vero ſic ſtant ligati mutuo ſe diligūt. ſed ſi ſoluanꝰ per pcc̄m mor-
tale ſtati vnus contra aliū eſt inimicus. Caro concupiſcit aduerſus
ſpiritū et ecōuerſo. Quid ergo eſt faciendū? Certe vt caro ſubiciatꝰ
penitencie contra lupū ideſt contra dyabolū ſe opponet et tunc aīa
confortabitꝰ et cum carne pugnabit viriliter et poſt hoc erit amor
ī omni proſperitate et aduerſitate et pariter ambo diligētur a dn̄o
propter cuius dilectionē vitā eternā obtinebunt.

Seneca narrat ꝙ lex aliqñ erat ꝙ qlibet miles in armis ſuis
ſepeliri deberet. Et qui tātū defunctū armis ſpoliaret morte
moreretꝰ. Accidit caſus qḋ quedā ciuitas obſeſſa erat a quodā rege
tyranno qui in circuitu ciuitatis inſidias ponebat et populū quaſi
ſine numero occidit in tantū ꝙ erant in periculo ciues perdendi et
multū timebant. quia reſiſtere nō poterant. Dū autē ſic in periculo
ſtarent. quidā miles nobilis fortis et ſtrenuus intrauit ciuitatē et
ciuibꝰ multū compaciebatꝰ. Ciues vero ad eum acceſſerunt dicētes
Domine adiuua nos. At ille. Kariſſimi ab iſto periculo liberari nō

poteritis niſi per manū validā. Ego vero vt videtis in armis non ſum ideo non poſſum pugnare. Vnus de ciuibꝰ dixit. Domine infra paucos dies in hoc ſepulchro quidā miles ſepultus eſt in optimis armis. Arma eiꝰ accipe et ciuitatē noſtrā de inimicis libera. Miles inimicis certamē dedit et victoriā obtinuit et ſic ciuitatē liberauit et arma recepta poſuit. Emuli inuidia moti ꝙ tam glorioſum bellū fecit eū apud iudicē accuſauerūt ꝙ cōtra legē egiſſet eo ꝙ defūctū armis ſpoliaſſet. Qui reſpondit dicens. Dn̄e de duobꝰ malis maius malū ē vitandū. Et qa ciuitatē tueri nō potuiſſem ab inimicis niſi habuiſſem arma. ideo ea accepi et repoſui. Itē fur vel predo ſpoliat ea intencione vt non reſtituat ſed ego propter bonū cōmune arma accepi et reſtitui. ideo pocius deberem premiari q̄ accuſari. Item in ciuitate aliqua ſi domus accenditᷣ. nonne melius eſt vt domus illa ſine dilacione totaliter deſtruatᷣ anteq̄ cetere domus incendantur et ciuitas tota deſtruatᷣ. Sic et ī propoſito Nōne melius eſt ꝙ oēs vos conſeruaui accipiendo arma q̄ non accipiendo. Si eni non ea accepiſſem omnes eſſetis interempti. Emuli vero dixerūt. Reus eſt mortis. Iudex vero ad peticionē eoꝝ cōtra eū ſentēciā dedit vt occideretᷣ. et ſic fcm̄ ē. De cuiꝰ morte factus ē plāctus magnꝰ in ciuitate.

Kariſſimi ciuitas iſte erat mūdus iſte a dyabolo a magno tpe obſeſſa. et quotq̄ tunc in mundo erant. fuerunt in periculo perdēdi. quia omnes in īfernū deſcenderunt. Mūdus iſte erat eciā circūuallatis vicīis et cōcupiſcencīis. Miles fortis qui arma non habuit. eſt dominus noſter ihesus criſtus. Vnde ps̄. Dominꝰ fortis et potēs ꝛc. Qui videns mundū in periculo et totū genus humanū in perdicione. perrexit ad ſepulchrū id eſt vterum beate virginis et ibi inuenit arma primi parentis id eſt humanitatē quam aſſumpſit et contra dyabolum pugnauit. victoriam obtinuit. et nos a morte liberauit. Emuli ſunt iudei qui hoc videntes illum apud pylatum accuſabant dicentes. Ne forte veniant romani et tollant noſtrum locū ꝛc. Miles dicebat. Melius eſt vt vna domus deſtruatᷣ q̄ tota ciuitas. Econtra cayphas dicebat. Expedit vt vnus moriatᷣ et nō

[1]
15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

tota gens. Ideo pilatus eū morti tradidit. de cuiꝰ morte petre ſciſſe
ſunt et tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terrā. Sed facta victoria
iterato ī ſepulchro arma repoſuit id eſt corpus ſuū glorioſū ī terra
quieuit. Studeamus ergo eius mortem plangere in mente in corde
retinere et ad memoriā reducere. quia viriliter pro nobis pugna
uit et nos a faucibus dyaboli liberauit. Unde propter hoc tenemur
eum ſuper omnia diligere et pro eius amore patrē et matrē dimit
tere. Quis vnq̄ audiuit ꝙ homo habens vnicū filium et heredem
qui eum mori permittere vellet ſicut pater celeſtis fecerat de vnico
filio ſuo domino noſtro ihesu criſto? Et tamen mortuus eſt. Sic et
nos debemus voluntarie carnis delectaciones et omne quod deo diſ
plicet per penitenciam mortificare et ſic vitam eternam optinere.

REfert auguſtinꝰ de ciuitate dei ꝙ lucrecia roāna nobiliſſima
moribus que erat vxor calatini et cū ille calatinus ſextum
nomine filium imperatoris tarquinij ad caſtꝝ ſuū inuitaſſet ſextus
eſt ſtatim captus in amore pulcherrime lucrecie tēpus aptū qui im
perator et collatinus de roma ſimul recederēt obſeruās. Et ad p̄dic
tum caſtꝝ reuerſus ibi pernoctauit et nocte illa non vt hoſpes ſed
vt hoſtis cubiculū lucrecie clam ingreſſus manu ſiniſtra opprimens
pectus eius dextra vero gladiū tenens ſe ꝓdidit dicens. Sine mora
michi conſencias vel morieris. Illa vero nullo modo cōſentire vo
lebat. Dixitq̄ ſextus. Niſi michi conſencias ſeruum iugulatū nudū
corpori tuo nudo eciā te iugulato ſociabo vt per orbē fama currat
lucreciā obſtupri cauſam cū ſeruo in cubiculo iugulatā. Illa vero
timens de tali infamia coacta cōſenſit. Sextus vero completa libi
dine receſſit. Ipſa vero multū dolēs patrē et maritū fratres et īpe
ratorē nepotes et pro cōſules vocauit per litteras quos oēs preſen
tes ſic alloquet̄ dicens. Sextus domū meā ītrauit hoſtis ꝓ hoſpite
Scias tu o colatine veſtimēta viri alieni in lecto tuo fuiſſe. Verūp
tamen licet corpus ſit violatū animus tamē ē īnocens. Ideo a cul
pa me abſolue a pena tñ nō liberabor. Statī cū gladio occulto ſub
clamide ꝓpria manu ſe transfixit. Quo facto amici eius gladio illo

accepto iurant per ſanguinē lucrecie omnem progeniē tarquinij de roma eicere et exſtirpare quod et fecerūt. Sextum vero auctorem criminis interfecerunt miſerabiliter. ¶ Moralizacio.

Kariſſimi lucrecia nobilis domina ē anima a deo p baptiſmū lota et deo coniuncta. Sextus eſt dyabolus qui nitit̄ minis et muneribꝰ animā violare. Domū eius intrat quādo peccō cōſentit cor tuum qđ eſt domus anime. pectus eius opprimit quando homo totaliter conſentit. Et ſic eam violat quando manū per conſenſum actu complet. Poſt hec lucrecia ſcʒ anima dolens vocat patrem et maritum. Sic et tu kariſſime debes vocare patrem id eſt confeſſiorem maritū id eſt criſtum p opera miſericordie et amicos id eſt ſanctos cū bona deuocione et oſtende vitam tuam per veram contricionem et confeſſionem quid et quantū contra deum deliquiſti. Et tunc gladio penitēcie teipſum occide idē vicia et peccata exſtirpa. et ſic corpꝰ deferatur rome id eſt ſancte eccleſie ad oſtendēdum in alia forma publice vel occulte quantū deum offendiſti. Tunc dyabolus et omnes ſui ſequaces erūt expulſi et recedent cōfuſi. et tu remanebis ſaluus in bona vita. Quod nobis.

Quidam fur ad domum cuiuſdā diuitis nocte venit et aſcēdēs tectum domus per foramē auſcultare cepit ſi adhuc aliquis de familia diuitis vigilaret. Qđ hoſpes cōſiderans priuatim vxori ſue dixit. Interroga me alta voce qualiter hec bona acquiſiui que habemus. nec deſiſtas donec finaliter tibi dicā. Tunc ait mulier. O bone domine. cū nūq̄ fuiſti mercator. dic michi qualiter tantā pecuniā quā nunc poſſides congregaſti. Cui ille. Noli ſtulta a me hoc querere. Illa autē magis ac magis querere non ceſſabat. Tūc vir quaſi coactus ſuis precibus ait. Noli me prodere que tibi dico et veritatē pandā. At illa. Abſit hoc a me. At ille. Fur eram et nocturnis furtis oīa q̄ nunc habeo cōgregaui. Cui ait mulier. Miror ergo ꝙ nūq̄ fuiſti deprehenſus. Cui ille. Qui magiſter meus erat quoddā verbū me docuit quod ſepcies dicebā quādo tecta hoīm aſcendebā. Et tūc per radios lune deſcēdebā in domū et accipiebā

quecūq3 volebam et ſine piculo iterū per eoſdem radios aſcendebā
et domum exibā. Ait mulier ꝛc. Rogo te dic michi illud verbū cui9
virtute ſine periculo furtum cōmiſiſti. Et ille. Tibi dicam. ſed alteri
nullo mō dicas ne forte poſſint bona noſtra aſportare. Et illa Nullo
modo attēptabo. Qui ait. Hec ſūt verba ſaxlem ſaxlem. Hijs dictis
mulier obdormiuit. Vir autem finxit ſe dormire et ſternutabat. Fur
cum hoc audiſſʒ gauiſus eſt ſumpto lune radio et ſepties dicto car
mine, laxatis manibus et pedibus per feneſtrā in domū cecidit et
magnū ſonitum fecit. Fractoq3 crure et brachio iacuit ſemiuiuus in
terra. Hoſpes audito ſono queſiuit q̄ſi neſciret qualiter cecidiſſʒ. At
ille verba fabule me deceperunt. Hoſpes eū recepit et ſummo mane
in patibulo ſuſpendi fecit. ¶ Moralizacio.

Kariſſimi fur iſte ē dyabolus qui ꝑ malas cogitaciones tectū
cordis tui aſcendit. Et foramē facit per malū cōſenſum. Vir
cū vxore eſt bonus prelatus eccleſie deſpōſatus quē dyabolus toto
conamine nitit̉ per peccatū bona ſua ſcʒ virtutes quas ī baptiſmo
recepit auferre. Sed bonus prelatus debet cōtinue vigilare vt nō
ſinat furem anime domū perforare. Iuxta illud verbum ſaluatoris.
Vigilate quia neſcitis qua hora fur venturus eſt et contra eius ma
licias intra ſe et vxorem ſcilicet eccleſiam prouidere quomō dyabo
lo ſit reſiſtendum vt cadat a corde ei9 et nullo modo ei noceat. Vel
alio moō poteſt reduci. Fur iſte erat lucifer pulcher qui toto cona
mine aſcendere volebat. vt alter deus eſſet et auferre ab eo ei9 dig
nitatem. Cum dicebat yſa. Aſcendam in celum et ero ſimilis altiſſi
mo ꝙpoſtea aſcendit per radium. hoc eſt per ſuam pulchritudinem
cecidit in īferno. Et fregit crura ſua id eſt amiſit ſuum decorē et ho
norē quem deus ex ſua bonitate ſibi cōtulit et ſuſpenſus eſt in pati
bulo infernali. A quo ꝛc.

Euſebius narrat in cronicis de quodā impatore populū roma
num in maxima eq̄tate gubernabat nulli parcens ſed ꝑequali
culpa equalem penam tribuens tam diuitibus q̄ pauperibus. Se
natores romani eū ꝓpt̄ h̄ īperio priuauerūt et tāq̄ pauperē fugere

cõpulſerũt. Jlle ſtati acceſſit ad cõſtãtinũ et cũ eo pactũ fecit et tã
ſtrẽnue et prudẽt̃ ſe habuit ſic ꝙ poſt eũ in ĩperatorẽ electus. Qui
cõgregato exercitu romã obſedit. Et cũ romãi euadere nõ poſſet qñ
ab eo caperẽt̃ miſerũt primo ad eũ ſeniores ſecũdo iuuenes. tercio
mulieres que ſe nudis pedibꝰ ante eũ proſtrauerũt poſtulantes ve
niã quã obtinere non poterant. Vltimo miſerunt ſibi parentes ſuos
ſimplices quos habuit in ciuitate et mater vero eiꝰ pectꝰ et vbera
ei oſtendit que ſuxerat. Qð cum vidiſſet imperator amore naturali
cõpaciens totam offenſam dimiſit ciuitatem intrauit et honorifice
ſuſceptus eſt.

Moralizacio.

Kariſſimi ĩperator iſte ẽ criſtus qui ꝑ peccatũ de ciuitate ſua
ideſt de corde hominis expellit̃ per peccatũ ac de mundo iſto
quando iudei eũ morti tradiderunt. Jlle vero ſic expulſus ad patrẽ
perrexit vbi eſt electus in perpetuũ imperatorẽ et iudicem noſtrum
in die iudicij quia omne iudiciũ dedit pater filio. Joh. xxij. Ergo
nobis valde timendũ eſt quomõ in die iudicij debemus ei occurrere
quando veniet cum magno exercitu angeloꝝ. Quid ergo faciemus
Certe premittamus primo ſeniores ideſt alte clamemus ad patriar
chas et ꝓphetas vt ꝓ nobis implorẽt nudis pedibꝰ .i. cũ affectione
Jtem ſecundo iuuenes ideſt apoſtolos martires et confeſſores noui
teſtamenti per opera miſericordia imploremus. Jtem mulieres ſcꝫ
ſanctas virgines et viduas et principaliter rogemus matrẽ dei vir
ginem glorioſam vt ipſa pro nobis intercedat et ſine dubio nobis
obtinebit vitã eternã. Quã nobis concedere dignet̃.

Erat quidã rex ncie medro qui vnicũ filiũ habebat heredem
Filius dimiſit patrẽ. propter hoc pater eum fugauit. Facto
hoc filius fugit ad regem perſaꝝ inimicũ et emulum patris ſui et
narrauit ei ꝙ cum eo ſe teneret vſqꝫ ad mortẽ omni tempore. et eẽt
paratus ſi neceſſe eſſet contra patrem ſuũ proprium bellare. Tandem
ortũ eſt bellũ inter dictos reges qui ſimul pugnauerũt. Accidit ꝙ
medio rex grauiter vulneraret̃ vſqꝫ ad ſanguĩs effuſionẽ. Qð filius
eius cõſiderans ſtatim cucurrit ad patrem et pugnauit ꝓ eo contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

dominū ſuū ſcʒ regē perſarū et vicit eū. Quo facto dn̄s ſuꝰ eū di
miſit eo ꝙ nō tenuit pactū et ipſe redijt ad patrē et veniā hūilit̄
petiuit et obtinuit. et ſic pax reformata et ei hēditas ē reſtituta.
Kariſſimi iſti duo reges ſunt deꝰ et dyabolꝰ. De primo. Jere.
xiiij. Dominus ipſe eſt deus viuens et rex ſempiternus. De ſe
cundo. Job. xlv. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Sed pri
mus rex ſcilicet deus habet filiū ſcʒ animā humanam que tociens
recedit a deo et obligat ſe dyabolo quociens cōmittit peccatū mor
tale. Sed certe ſi filius ille voluerit recordari illiꝰ belli quod criſ
tus fecit pro eo contra dyabolum vſqʒ ad ſanguinis effuſionem vt
eū a poteſtate dyaboli eriperet et ſic cogitans voluerit ſe deo hu
miliare et de peccatis veniā petere poterit ſecure ad deum accedere
et hereditatem vite eterne acquirere. ps̄. Tu es qui reſtitues here
ditatem meam michi ꝛc̄.

Alexander regnauit q̄ dominū tocius mūdi obtinuit. accidit
ſemel ꝙ grandem exercitū collegit et quandā ciuitatē circū
dedit et in eodē loco plures milites et alios ſine vulnere amiſit. Cū
vero de hoc multū miraretur philozophos vocauit et ait eis. O ma
giſtri quō poterit hoc eſſe ꝙ ſubito ſine vulnere milites mei mori
unt̄. At illi dixerūt. Mirū nō ē Eſt enī quidā baſiliſcus ſup murū
ciuitatis cuiꝰ aſpectu milites inficiunt̄ et moriunt̄. Ait allexander.
Quale remediū eſt cōtra baſiliſcū? Cui dixerūt. Ponat̄ ſpeculū ele
uatū inter exercitū et murū vbi ē baſiliſcus et cum in ſpeculum re
ſpexerit reflexus eiꝰ intuitu ad ſe ipſū redit et ſic moriet̄ et factū ē.
Kariſſimi in hunc modum ſummū remediū eleuacionis eſt con
ſideracio ꝓprie fragilitatis et infirmitatis q̇a ſi querit̄ quare
hō ſupbit. Certe reſpōdet̄. Quia pc̄de re virtutis caret. Conſiderare
ergo debet vnuſqſqʒ ꝓpriam vanitatē tanꝗ̄ i ſpeculo et recurrere ad
propriā fragilitatē defectū ſuū proſpiciens et ſic elacionē repellit.

Eraclitus regnauit qui inter omnes virtutes q̄s habuit iuſtꝰ
fuit nec precibus nec muneribus flecti poterat quin iuſticiam
pro loco et tempore exerceret. Accidit ſemel ꝙ aliqui apud eum

accuſabāt quēdā militē de morte alterius militis ī iſta forma ambo
ad quoddā bellū prexerūt et nullū bellū erat cōmiſſum. Iſte miles
rediit ſine altero et ideo dicebat᷑ ꝙ iſte in via aliū occidit. Rex cū
hoc audiſſet ſentēciā dedit vt miles ad ſuppliciū duceret᷑. Cū autē
ductus fuiſſet viderunt aliū militē venientē pro quo ille iudicatus
fuit ad mortē in nullo leſum ambos ad iudicem reduxerunt. Iratus
iudex dixit primo militi. Iubeo te interfici quia dampnatus es et
ſecundo dixit et te ſimiliter quia cauſa mortis illius es et tercio
dixit militi eciā te quia miſſus fuiſti militē occidere et nō feciſti.

KArissimi rex iſte eſt deus qui in omnibꝰ operibꝰ ſuis ē iuſtus
Duo milites ſunt corpus et anima. Anima per carnē ſeducta
moritur. quādo peccatum mortale cōmittit. et ideo iuſto dei iudicio
corpus ad ſupplicia penitencie ducit᷑. Sed cum ſubicit᷑ penitencie
anima viua inuenit᷑. primo per criſti paſſionē. ſecūdo per penitēciā
ſed ambo morte temporali mori debent. tercius miles qui eum non
occidit eſt negligens prelatus qui ex diuino precepto habet pecca
torē corripere vicia extirpare virtutes inſerere. Et ſi illa nō facit
mortē eternā non euadit. eze. iij. Si nō annūciaueris ei neqꝫ locutꝰ
fueris vt auertatur a via ſua impia et viuat et ipſe impius in ini
quitate ſua morietur ſanguinem vero eius de manu tua requiram.
Rogemus igitur ꝛc.

FVlgencius regnauit ī cuius imperio erat quidā miles noīe
zedechias qui vxorem pulchram accepit ſed nō prudentē. In
cuius domo quidam ſerpens in quadam camera habitabat. Miles
vero torneamēta et haſtiludia frequentauit. In tantum ꝙ euenit
ad magnā egeſtatem. Fleuit amare et quaſi deſperatus hic inde am
bulauit ignorans quid agere deberet. Serpens videns eius dolorē
data eſt ei vox a deo ſicut quondā aſine balaam et ait. Cur fles?
Fac ſcdm conſilium meum et poſt factum non penitebis. Singulis
diebus lac michi dulce miniſtra et te ditabo. Miles hec audiēs ga
uiſus ē valde et hoc fideliter adimplere promiſit. Stati infra breue
tempus ditatus eſt valde et prolem pulchram et magnas diuicias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

habebat. Accidit vna dierū ꝙ vxoꝛ diceret marito. Domine credo
ꝙ ille ſerpens multa bona poſſidet ī camera ī q̄ iacet. Conſulo igiẗ
vt occidatur et bona eius obtinebimus. Illo vero ad inſtinctionē
mulieris malleū poꝛtauit et ſerpentē occideret cū vaſe lactis. Cum
vero ſerpens vas lactis videbat caput extra foramen camere exten
dit vt lac moꝛe cōſueto lamberet. Miles vero hoc videns malleum
extendit et ſerpentē ꝑcutere volebat. Serpens hoc ſubito videbat
et caput retraxit et ictū mallei vas ſuſcepit. Statimqꝫ pꝛolem poſt
hoc et omnia q̄ habuit miles amiſit. Ait ei vxoꝛ. Heu malū cōſiliū
dedi tibi. Sed perge ad foramen ſerpentis et te in ōnibus humilia
ſi foꝛte graciā per eū obtineas. Perrexit miles ad camerā ſerpētis
et fleuit amare petens graciā vt per eum ſicut pꝛius ditari poſſet.
Ait ſerpens. Modo video ꝙ ſtultus es et tu in ſtulticia ꝑmanebis.
Quia non poteſt eſſe quin ille ictus magnus mallei ad memoꝛiam
ſepius michi veniat et occurrat quomodo pꝛolem tuam occidi et
omnes diuicias abſtuli et ſic nulla pax vera inter nos ſtare poteſt.
Miles vero contriſtatus eſt valde et ait. Tibi fideliter ꝓmitto am
modo contra te nichil velle perpetrare ſi graciam tuā habere poſſū
modo. Cui ſerpens. Kariſſime natura ſerpētis eſt aſtucia et veneno
p'ena. Sufficiāt tibi verba mea quia iam michi occurrit ad memo
ꝛiam ictus mallei cum tua nequicia recede ne tibi maius malum con
tingat. Miles vero cū magno doloꝛe receſſit ab eo et ait vxoꝛi ſue.
Ve michi ꝙ tuum conſilium operatus ſum. Et ſic ſemper poſt hoc
in egeſtate vixerunt. Moꝛalizacio

Kariſſimi rex iſte ē pater celeſtis. Miles zedechias pauper hō
nudus de vtero matris ſue egreſſus qui omnes diuicias para
diſi per peccatum pꝛimi parentis ꝑdidit. Cū pulchrā vxoꝛem euam
accepit de cuius cōſilio gaudiū paradiſi perdidit. Serpens nutritus
in camera eſt criſtus ī coꝛde tuo ꝑ virtutē baptiſmi a quo homo om
nia bona recepit pꝛimo filium ideſt animā pulchrā ad ſimilitudinē
dei creatā. Secūdo hoēm cōſtituit dn̄m mūdi ps. Cōſtituiſti eū ſuꝑ
oīa oꝑa manuū tuaꝝ. tercio ꝑadiſum. Sed cū pater noſter adā fuit

deceptus cōſilio eue per ſuggeſtionē dyaboli omnia perdidit. Et ſic quilibet homo ſi ſequitur conſiliū vxoris id eſt carnis amittit oīa apoſt. Si ſcd̄m carnē vixeritis morie mini. In baptiſmo promiſiſti criſto miniſtrare lac ſcilicet orationis inocencie et deuocionis. Sed grauiter criſtū percutis quando peccatū mortale cōmittis. Hec vidēs auferet a te filios et filias et diuicias vt te emēdes ſicut ſcriptū eſt. Quē diligo arguo et caſtigo. Ergo de virga diſcipline debemꝰ gaudere pocius ꝙ̄ dolere.

ERat quidā rex potens valde qui quandā foreſtam cōſtruxit et eam muro circūuallauit. in qua diuerſa genera animaliū poſuit in quibꝰ multū delectabat̄. Erat eodem tempore quidā qui proditor iuentus eſt et ſic propter ſua ſcelera omnibꝰ ſuis priuatꝰ eſt. Ille vero de terra ſua expulſus eſt et prouidit ſibi de quatuor generibus canū et multa recia vt beſtias regis in foreſta caperet et deſtrueret. Noīa canū h̄ erāt. richer. emulemī. banegyf. bādin. criſmel. egoſyn. beanꝰ. et renelyn. Per iſtoss canes et recia deſtruxit oīa aīalia regis. Audiēs h̄ rex cōtriſtatꝰ ē valde. vocauit filiū ſuū et ait. Fili kariſſime arma te et deſcēde cū exercitu et illū proditorē occidas vel de regno expellas. At ille. Pater ꝓ̄ſto ſum. Sed vt audiui a pluribꝰ ꝙ tā potens eſt ille ꝙ me oportebit latere ad aliqđ tempus cum vna puella cuius ſapiencia omnes alios excellit cum qua colloquiū habebo et ſic ad pugnam me parabo. Ait pater Si prudens ē illa puella et ſi ꝑ eā noſtrū aduerſariū poteris debellare eam multis honoribꝰ promouebo. Filius hoc audiens armauit ſe et caſtrū puelle intrauit nullo ſciente que eum cum gaudio recepit et apud eam per aliqđ tempus manſit. Deinde extra caſtrū acceſſit et ſtatim die octauo aduerſariū patris aggrediebat̄ potencia et ſapiencia. et caput eius amputauit. Poſt hoc cum victoria ad patrē rediens pater eum in regem conſtituit.

KAriſſimi Iſte eſt dominus deus pater foreſta mundus iſte ſiue eccleſia. Mūdus erat circūuallatus diuinis preceptis ſcd̄m legem moyſi. Eccleſia circūuallata paſſione criſti et miſericordie

doctoribus predicatoribus cōfeſſoribus. Miles ꝓditor qui erat ex
pulſus eſt dyabolꝰ de regno eiectus qui eccleſiā et alios criſtianos
machinatur ōni hora deſtruere. Iſte prouidet ſibi de canibus et retibꝰ
Quia ſicut venatores ſimplici via inſidiant̄ beſtijs vt qn̄ exeunt
de cauernis in quibus latebant habeāt recia cū quibus capiūt eas
ſic et cū homines exeunt de cauernis bone vite tunc habent recia
ideſt carnes et mūdi delectaciones et illas ponunt āte eos et capiūt
ipſos ps̄. Cadent in reciaculo eius peccatores ꝛc. Unde aduerte ꝙ
venator ille eſt dyabolus habet quatuor genera canum currenciū
Aliqui eorum ſunt pro beſtijs ſpiritualibus. Et alij pro alijs. Duo
primi canes ſcȝ ricker et emulemyn currunt ad ceruos et vrſos idē
diuicias et voluptates. ꝑ quas plures tracti ſunt ad malefaciendū
Quia diuicie ſepe ponunt hominē extra viam racionis et propter
magnas diuicias volunt habere potencias et voluntatem propri
am. Ideo ſapienter vtamur noſtra potencia loco iuſticie. ſic et forti
tudo noſtra lex iuſticie. Hoc eſt dictum. Totū ſit ius quod nos vo
lumus et poſſumꝰ facere. Unde iſti duo canes. ſcilicet diuicie et vo
luptates vel potencie currunt ſimul et multos poſt ſe retrahunt et
ad peccatum alliciunt. Ideo ſcriptura dicit. Cor multum gaudet qn̄
videt ceruum viam capere verſus rethe. Sic et dyabolus quādo
videt hominē viā capere verſus peccatū mortale et per conſequēs
infernum multum gaudet. Deīde venator ideſt dyabolus permittit
alium canem currere ſcȝ hanegif ideſt accipite et donate. Iſti duo
canes currunt ad abbates priores et paſtores. qui habent eccleſias
conferre. Iſti dant vt accipiant. Quia quod probis hominibus et
bonis clericis dare deberent. hoc dant fatuis et diſcolis propter fa
uorem et laudē q̄d eſt contra ſcripturā vbi dicitur. Da bonis et ne
receperis peccatorē. Unde hanegif ideſt accipite et date ducit mul
tos ad rethe. ideſt infernum. Unde alter canis bandin ducit placi
tores et aduocatos ad rethe quia per cautelas eorū faciunt cōtra
iuſticiam. Unde dicit iob. Audacter deum prouocant. Quia ſi pars
vna eis vult dare aliquid accipiunt de parte altera burſam plenam

dum illam trahunt ad ſe et ſic faciunt diſcordiā contra veritatem.
Unde dicitur abacuc. Lacerata eſt lex. propterea egrediet̄ iudiciū
puerſum. Unde contra tales ait p̄s. Labor labiorꝝ ipſorꝝ operiet eos
ideſt in profundū inferni deprimet eos. in miſeriis non ſubſiſtent.
Deinde criſmel alter canis mittit̄ circa lepores. qui cū veloces ſunt
in montes tranſeunt ideſt ordinati in eccleſia. ſicut ſunt preſbiteri
rectores capellani monachi et fratres mendicantes qui deberent ꝑ
racionē trāſire ad montes alte vite ſcꝫ de terrenis exonerari mundū
deſpicere. ſed heu plures ſunt tantū temptati per carnē iſtū ꝙ ducet
eos pro voluntate ſua ad rethe dyaboli. in eo ꝙ confidunt in rebꝰ
in quibꝰ decipiunt̄. cum rector eccleſie vel plebanus ducentas aut
trecentas marcas ānuatim colligit de bonis eccleſie de quibꝰ poſt
ſimplicē ſuā neceſſitatē deberet omnia que ſupſunt dare pauperibꝰ
que nunc exponit pro mundi vanitatibꝰ et pompa ſeculi. et quod
prius eſt ī luxuria et guloſitate. Deinde alter canis eſt ſolutus qui
vocatur belyn ideſt vſura ad mercatores ꝓpter quā plures cadūt
in rethe dyaboli. Quia vendunt et emunt vt terciā partē lucrent̄
vel plus. Dicit p̄s. Non defecit de plateis eis vſura et dolus ergo
veniat mors ſuper illos ꝛc̄. Deinde alter canis qui vocat̄ beanus. i.
luxuria per quā multi clerici et layci diuites et pauperes parui et
magni iuuenes et ſenes in rethe dyaboli ſunt. Videns ergo deus
totū genus humanū per recia dyaboli deſtrui et captū teneri miſit
filiū ſuū in caſtrū puelle duplici armatura armatum ſcꝫ diuinitate
et humanitate. Et poſtꝙ̄ natus eſt die octauo dyabolū aggreditur
ſcꝫ quādo erat circūciſus et poſtea dedit bellum ſcilicet in paſceue
et obtinuit victoriā vt ſic nos a viciis et retibus dyaboli liberaret
et ad vitam eternam perduceret.

Quidā rex erat q̇ ſtatuit ꝓ lege ꝙ q̇cūqꝫ ſubito mori deberet
mane ante ortū ſolis ante domū eius tubas canerent et ſta i
talis veſtibus nigris ſe indueret et ſic ad iudiciū veniret. Ille rex
magnū couiuiū fecit et omnes nobiles ſatrapas regni vocari fecit
qui omnes venerunt in quo couiuio erant oī genere muſicali periti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

q̇ magnū ſolaciū cōuiuijs fecerūt ex ſuaui melodia. Rex vero nullū
ſolaciū nec ſignū leticie oſtendit ſed vultū triſtē habuit et ſuſpiria
et gemitus emittebat. Hec vidētes cōuiue mirati ſunt et nō fuerūt
auſi petere ab eo cauſam triſticie ſꝫ dixerūt fratri regis vt cauſam
tante triſticie indagaret qui et fecit dicens ſibi q̄d oēs in cōuiuio
mirarent̄ de tanta triſticia et cauſam libēter ſcirent. Ait rex. Vade
ad domū tuā die craſtina reſpōſum audies. Q̄d et factū ē. rex p̄cepit
bucionatoribꝰ vt ſequēti mane veirēt añ domū fratris ſui et tubis
canerent et ipſum ad eū ducerent ſcd̄m legē ꝙ et fecerunt. Audiēs
frater regis de mane tubas ante domū ſuā cōmota ſunt oīa viſcera
eiꝰ et ſurrexit veſtibꝰqꝫ nigris ſe induit veniens ad regē. Qui fecit
fieri foueā ꝓfūdā et vltra foueā cathedrā fragil̄e. q̄ quatuor pedes
fragiles habuit et fecit fratrē ſuū exui veſtibꝰ et ſuper cathedram
poni. Cū autē in cathedra eſſet collocatꝰ ordinauit vt gladiꝰ acutꝰ
vltra caput ſuū per filū ſericū penderet. Deinde ordinauit quatuor
homines cū quatuor gladijs acutiſſimis vnum a parte ante alium
a parte poſteriori tercium a parte dextra et quartū a parte ſiniſtra.
Cum autē ſic ſtarent. Ait rex illis quatuor. Cum dixero ſub pena
mortis gladios in eum infigite. Et tubas omniaqꝫ genera muſicalia
fecit adduci corā fratre et menſam parari et diuerſa fercula apponi
et ait. O frater mi kariſſime quare tantū doles et tantā triſticiam
in corde habes? Ecce optima fercula ecce melodia ſuauiſſima quare
nō gaudes et letaris? At ille. Quō potero gaudere cū ī ſignū mortis
hodie mane ſonitū tube ante domū meā audiui et mō corruptibili
et fragili cathedra ſum collocatus? Si indiſcrete me mouea ipſa ca
thedra frāgit̄ et ī puteū cado de quo reſurgere nō potero Si caput
meū erigo gladiꝰ vltra caput meū pēdēs et cadēs vſqꝫ ad cerebrū
me interficiet. q̄tuor tortores ī circuitu meo ſtant parati cū gladijs
ad vnicū verbum veſtꝝ me occidere. Iſtis cōſideratis ſi dn̄s tocius
mūdi eēm gaudere nō poſſem. Cui rex ait. Iā ad queſtionē heſternā
quare nō gaudere reſpōdeo. Ego ſum ſicut tu es modo collocatus in
cathedra corruptili et fragili qa in corpore fragili cū q̄tuor pedibꝰ

corruptibilibus ſcilicet de quatuor elemētis et ſub me eſt puteus infernalis. Ultra caput meū gladius acutus ſcʒ diuinū iudiciū patū animam meam a corpore ſeparare. Ante me gladius acutus ſcʒ mors que nulli parcet et anteq̄ ſperat᷑ veniet et quomō vbi vel quando penitus ignoro. A pte poſteriori alius gladius paratus ad percuciendū ſcilicet peccata mea que in hoc ſeculo cōmiſi parata ſunt ante tribunal me accuſare. Gladius a pte dextra ē dyabolus qui circuit querens q̄ deuoret qui ſemper eſt patus animā meā recipere et ad īfernum deducere. Gladius a parte ſiniſtra vermes que carnē meā poſt mortem corrodent. Cum oīa iſta cōſidero nunq̄ gaudere potero Si ergo tu tantum hodie me timuiſti qui ſum mortalis multo pluꝫ creatorē meum debeo timere. Vade ergo et noli āplius tales queſtiones querere a me. Ille vero ſurrexit et gracias de vita ſua regi reddidit promittens firmiter āmodo ſe corrigere. Hoc audientes laudabant reſponſum regis.

Fertur de quodā rege cuius regnū in tā ſubitam deuenit mutacionē q̄ bonū in malū verū in falſum forte ī debile iuſtū in iniuſtum eſt mutatū. Quā mutacionē rex admirās a quatuor phis ſapientiſſimis cauſam huius queſiuit. Qui inq̄ phī poſt ſanā deliberacionē ad quatuor portas ciuitatis pergentes. quilibet eorum tres cauſas ibidem ſcripſit. Primus ſcripſit. Potencia eſt iuſticia ideo terra ſine lege dies eſt nox ideo terra ſine via fuga ē pugna idō regnū ſine honore. Secundus ſcripſit. Unus ē duo ideo regnū ſine veritate amicus ē inimic⁹ ideo regnū ſine fidelitate malū eſt bonū ideo terra ſine pietate. Tercius ſcripſit. Racio habet licenciā. ideo regnū ſine nomine fur eſt pp̄oſitus ideo regnū ſine pecunia corrobola vult eſſe aquila ideo nulla diſcrecio ī patria. Quart⁹ ſcripſit Voluntas ē conſiliari⁹ ideo terra male colit᷑ denarius dat iudiciū ſeu ſentenciā ideo terra male regitur deus eſt mortuus ideo totum regnū peccatoribus eſt repletū.

Kariſſimi ad propoſitū quandoqꝫ terra ſolebat regi per iuſticiam ſcdm leges diuinas et imperiales. Nūc autē regit᷑ p

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

potenciā. nota moraliter et verū eſt quia olim iuſticia dictauit ꝙ
deus eſſet diligendus ſuper omnia x̄. ſed potencia in regno anime
vicit in tantū ꝙ homo ex certa malicia cōtra inclinacionē proprie
voluntatis que naturaliter magis inclinatur ad bonū ꝙ̄ ad malum
hoc facit. Secundū eciam verū eſt quia. olim clerici laycis per bonū
exemplum ad eternā patriā viam prebuerūt ſed mutatus eſt color
optimus quia omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt non eſt
qui faciat bonum. Patet de papa qui olim beneficia dedit clericis
dignis propter deū ſperrendo munera ſicut petrus reſpōdit ſymoni
mago pecunia ſit tecū in perdicionē hoc itē patet in religioſis qui
olim per bonam vitam viam ꝑ paupertatē oſtendebant quia atten
debant ad illud ꝙ monachus habens obulum non valet obulum.
Hoc idē patet in clericis q̇a vt dicit. Jero. Quicqd preter ſimplex
veſtimentū et victum de altari retines tu ſacerdos tuū non eſt ſed
pauperū. Rapina eſt ſacrilegiū eſt. Jſti enim omnes tam monachi
ꝙ̄ canonici tam moniales ꝙ̄ clerici noctē verterunt in diē. Et ideo
arta eſt via que ducit ad patriā et pauci quia carent lumine ince
dunt per eam. Terciū primi fuga eſt pugna probatᵘʳ litteraliter. Nā
olim dn̄i ſi vnꝰ habuit aliquid aduerſus aliū ſolebant pugnare x̄.
Sed modo honor receſſit quia nolūt pugnare ſed cotidie ꝑ rapinā
per furtū et talia vnus intrat terrā alterius nolunt pugnare quia
emunt equos velociſſimos ad fugiendū. Spiritualiter verum eſt q2
olim homines tēptaciones vincebat et aduerſarios ſcilicet carnē
mundum et dyabolum ſuꝑabant. Et ſic apud deum fuerunt magni
nuncꝗ̈ et honorem de hoc reportabant ſed hodie quando deberēt
pugnare cōſenciendo fugiūt. Secūdus dixit vnus eſt duo x̄. Que
eſt racio quia veritas hodie non eſt in mundo. niſi ꝙ cor et lingua
que deberent eſſe vnū iam ſunt diuerſa. Quia quicquid homo iam
per os affirmat cor negat. Nota ꝙ ex iſto hodie littere ſigillate
non valent. iuramenta preſtita non tenentur x̄. Quod non fuit
olim. Quia ſi vnus dixiſſet alteri ſimplici verbo faciam tibi hoc
credidiſſet. Spiritualiter verum eſt. quia anima que deberet eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

in caritate vna cum deo per peccatū eſt diuiſa. Secundū amicus ē
inimicus ꝛc. q̄ eſt racio niſi ꝙ nō ē fidelitas in mundo Certe qui de
beret eſſe amicus iam eſt inimicus. Jam verificatū eſt verbū criſti
Surget filius cōtra patrē. Credo ꝙ non ſit modo ita bonus amicꝰ
qui pro pecunia non fieret inimicus. Spiritualiter eciam verum
eſt. quia criſti amici in euangelio ſumus dicti. Quia teſte criſto
iam nō dicam vos ſeruos ſed amicos. ſed hodie facti ſumus inimici
quia caſtrū domini ſcilicet cor noſtrū tradimus dyabolo. Tercium
malū ē bonū ꝛc. Que ē racio ꝙ hodie ita magna crudelitas regnat
in mūdo et auaricia. Certe nulla alia q̄ꝫ ꝙ illud qđ eſt malū factū
eſt bonū ſcꝫ pecunia. Qđ aūt pecunia ſit mala. probatᷣ per phm̄ qui
dicit. ꝙ aurū ſiue argentū nō ē niſi fex terre. Poſtq̄ꝫ iſte feces facte
ſunt ita care pietas receſſit. Sed tamē teſte ſapiente. Nichil iniqus
q̄ꝫ amare pecuniā. Spiritualiter peccatū qđ eſt maius malū qđ inue
niri poteſt hodie factum eſt bonū quia pauci ſunt qui nō peccēt. Cō
tra quos propheta. Ve vobis qui dicitis malū bonū et bonū malū
Tercius dixit. racio habet licenciā. Que eſt racio qđ hodie criſtiani
carēt noīe Certe nulla alia niſi qđ racio in hominibꝰ eſt licēciata.
Homo vocatꝰ eſt criſtianꝰ per racionē a criſto ſed hoīēs nō vtunᷣ
racione. Quia homo cū in honore eſſet non intellexit ꝛc. Nam porcis
aſſimilatur per luxuriam leoni per ſuperbiā cani per inuidiā. vulpi
per doloſitatem et ideo nō meretur dici homo nec criſtianus quia
vitam criſti totaliter deſeruit. Spiritualiter verū eſt. Quia ſi homo
haberet racionē. deū ſuper oīa diligeret. Probo quia racio dictat ꝙ
bonū ē diligendū et magis bonū magis diligendū et maxime bonū
maxime diligendū. Sed conſtat ꝙ deus eſt maxime bonus et bonū
quo maius cogitari nō poteſt ideo ſi homo haberet racionem ipſum
pre ōnibus diligeret Secundu fur eſt prepoſitꝰ ꝛc. que eſt racio ꝙ
pecunia ꝛc. nulla alia niſi ꝙ officialas ſunt fures non dico fures ſed
vnum per experienciam video ꝙ domini tēporales ſunt pauperes
et prepoſiti habundant. Video eciā qđ iſti villani ruſtici et alij pau
peres modicum habent et iſti diuites habundāt. Que eſt racio niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ꝙ fures exiſtant. Kariſſimi ſi vnus alteri quicꝗ marcas vel tot flo
renos acciperet nōne fur iudicaret̃. Sed iſti quantū recipiunt de
capitali ſumma notū eſt confeſſoribꝰ. Et ideo veri fures non ſuſpen
duntur. teſte phō qui vidit ꝙ iudex duxit furem ad patibulū. Phō
ridente. et iudice querente quare rederet. reſpondit ꝙ magnus fur
duxit paruum furē. Spiritualiter verū eſt de illis qui pro modica
delectacione deo aīas quas ſuo ſanguine acquiſiuit furāt̃ et dyabulo
ſubiciūt. Terciū corobola vulgariter dcm̄. vueuel vuilt vligen alſo
hoege alſo der aern. ſcilicet aquila. ideo non eſt diſcrecio. Nā illi q
deberēt agrū colere hodie volunt dominari. Nam poſtꝙ̃ habent
vnū par ocrearū et calcarū et equū ipſi equitare volunt et vocari
domicelle iohānes et ſic de aliȷ̄s. Verū eſt de iſtis ciuitatētibꝰ quo
rum parētes fuerūt pellifices et ſutores ⁊c̃. ipſi autem ſe habent vt
milites. Modica differēcia eſt hodie in mundo. Similiter applica
ſicut ſcis et vis de mulieribꝰ. Spiritualiter verū eſt de iſtis monia
libus monachis et clericis. Nota quomodo hodie vadūt ⁊c̃. Quartꝰ
phs dixit volūtas eſt racio ideo regnū male cogitur. Que eſt racio
ꝙ terra male cogit̃. Certe nulla alia niſi ꝙ dominorū conſilium eſt
malum. nam olim conſiliariȷ̄ ſolebant dare conſilia iuxta equitatē
nunc autē ea dant ſcd̄m voluntatem. Applica ſicut vis et ſcis quare
hoc faciūt. Spiritualiter eciam verum eſt quicꝗd racio dictat pro
eterna ſalute voluntas vult oppoſitū. Secūdū denarius dat ſenten
ciā ⁊c̃. Que eſt racio ꝙ ſic videtur iuſticia. Nulla alia ꝙ̃ denarius
Quia ſi veneris ad iudiciū et ſi habueris dare pecuniā et ſi cauſā
iniuſticiam habueris iudex pro te ſenteciabit. Non videt ſi reus
fueris quia munera iudicum oculos excecant. Spiritualiter eciam
verū eſt in iudicio confeſſionis. Quia ſi volueris de magnis pecca
tis impetrare veniam faciliter et iudicem confeſſorem placare. pecu
niam oſtendas. Et licet non habuerit auctoritatem te abſoluet pe
nitenciā imponet. Nota eciā litteraliter de iſtis officialibus et curia
romana que non petit ouem ſine lana. Tercium deus eſt mortuus ⁊c̃
Certe ſi deus adhuc viueret ſicut ante incarnationē quādo propter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

peccatū luxurie totū mundū ſubmerſit octo animabꝰ exceptis. quō
homines tunc ſe ſolebant retrahere a peccatis ſaltem timore ſi non
amore eo ꝙ ſciebant deum oīa vindicare. Sed nunc quaſi mortuus
a nobis reputat̉. nec de futuro iudicio vel de īferno vel eterna pena
vel eterno regno cogitamus ꝛc. Ecce audiuiſtis duodeci raciones
quare totus mundꝰ ē in maligno poſitus. Quieſcite ergo kariſſimi
agere ꝑuerſe dicite bn̄ facere yſa. lxviij Tunc cognoſcetis veritatē
et veritas liberabit vos. Qḋ nobis concedat.

Albertus narrat ꝙ tēpore ꝑhilippi erat quedā via inter duos
montes armenie que diu erat frequentata. Poſtea autē acci
dit nullū poſſe tranſire viā propter aeris infectionē niſi expiraret.
Unde rex cauſam a ſapientibꝰ tanti mali querebat et nullus ex eis
veritatē dicere poterat. Tandem vocatis ſocrates dixit regi ꝙ edi
ficiū edificaret equalis altitudinis cum montibus. Quo facto fecit
ſocrates fieri ſpeculū de calibe plane inſuꝑficie politū et mundū vt
ab omni loco montiū foret aſpectus et reflectio ad ſpeculū. Quo fcō
ītrauit ſocrates edificiū et vidit duos dracones vnū ex ꝑte montis
aliū ex ꝑte vallis q̇ contra ſe ora mutuo apiebāt et aerē hauſerunt
Et dum ſic reſpiceret quidā iuuenis in equo qui periculū ignorabat
volens tranſire per viā illam ſubito de equo cecidit et mortuus eſt.
Socrates ſtatim ad regem cucurrit et oīa viſa ei narrauit. Poſtea
vero per artem capti ſunt dracones et interfeci et ſic via ſalutis
omnibus tranſeuntibus facta eſt.

Kariſſimi per illos montes q̇ eleuabant̉ ſuper omnē ſuꝑficiem
terre nobiles ac mundi potentes intelligo qui vltra cōmuni
tatem populi eleuant̉ vel partē laycalem ſiue clericalē. Unde ps̄.
Aſcenderunt montes ꝛc. Inter iſtos mōtes eſt cōmunis tranſitus po
puli quia totus mundus per eos regit̉. In iſtis montibus ſolent la
tere duo dracones ſcꝫ due vie ſuperbie et luxurie quorum veneno
totus mūdus inficit̉. Juxta illud io. ij. Omne qḋ eſt in mundo aut
eſt ſuꝑbia aut luxuria. Iſtorum draconum vis eſt nobis ignota. Et
ideo qui per viam illam cōmunem in qua dracones latent tranſeunt

[d]

14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

ſubito illoꝝ veneno p̄uenti moriunť. Sed anteq̄ꝫ periculū ſenciam⁹
debemus oculos noſtros ad ſpeculū mundū et politū ideſt ad ſalua
torem dirigere de quo ſapi. vij. Candor lucis eterne et ſpeculū ſine
macula. Item debemus altū edificiū edificare hoc edificiū eſt vita
mūda per penitenciā et bonis virtutib⁹ ornata qua debem⁹ noſtra
pericula prouidere et quō iuuenis ideſt homo vanitati deditus cadit
de equo virtutis et moriť ſpiritualiter. Hoc videns ſocrates ſcilicet
bonus prelatus debet currere ad regem glorie et eū deuote pro ſub
dito orare vt poſſit viā periculoſam p̄terire et viā ſalutis eterne
glorie eligere. Et ſic vitā poſſidere eternā. q̄d ꝛc.

Refert auguſtin⁹ in de ciuitate dei q̄ dyonides pyrata galea
vna longo tēpore in mari omnes ſpoliauit et cepit. Qui cū
multis nauib⁹ iuſſu alexandri fuiſſet queſitus et tandem captus et
alexandro preſentatus eum interrogauit dicens quare mare habet
te infeſtū. Ille ſtatim reſpondit quare te orbis terraꝝ ſed quia ego
hoc ago vna galea latro vocor tu vero mundum opprimens nauiū
multitudine magna diceris imperator. Sed ſi circa me fortuna mā
ſueſceret fierem melior. Econuerſo tu quanto infortunacior tanto
deterior. Alexander reſpondit. Fortunā tibi mutabo ne malicia tua
fortune ſed meritis aſſcribať. Sicq̄ꝫ ditatus eſt ꝑ eum et de latrone
factus eſt princeps et zelator iuſticie.

Kariſſimi latro in mari cum vna galea eſt peccator in mundo
cum ſola vita et tamen non deſiſtit occidere virtutes et ſpo
liare per peccatum quas recepit in baptiſmo. Sed alexander ideſt
princeps vel prelatus habet talem ad viam rectitudinis adducere
per naues ideſt per monita ſancte eccleſie. Sed caueat prelatus vel
princeps vt ſeipſum prius iudicet vt nō inuentus fuerit peior illo
quem arguere voluerit. Quia ſi ſic grauius puniretur. Demū latro
ille factus eſt zelator iuſticie et ꝑ bonū decorē peccator ad optimū
finem peruenit et tunc eſt maius gaudium ſuper vno peccatore
penitenciam agente q̄ꝫ ſuper nonaginta nouem qui non indigent
penitencia ꝛc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

De quodā rege narratur quē inimici eius occidere cogitabant
et quia potens erat veneno eum perdere voluerunt. venerūt
aliqui eoꝝ ſimplici veſte induti ad ciuitatē vbi manebat et ibi erat
fons aque de quo rex multociēs bibebat hūc fontē veneno vndiqꝫ
ītoxicauerūt. Rex aūt ignorabat et bibit ſicut ſoliꝰerat et mortuꝰē
Kariſſimi rex iſte eſt adā primus homo cui ſubiecte erant oēs
creature corporales p̄s. Omnia ſubiecciſti ſub pedibꝰ eiꝰ ꝛc.
Illum regem querebant demones interficere veneno qḋ fuderunt in
fontem. Fons ille eſt cor humanū quia ſicut riuuli reſpectu fontis
exeunt ita cor hominis influit virtutē et regimē omnibꝰ membris
Ad illum fontem infuſum fuit venenū quando primus parens per
ſuggeſtionē concepit cōtra dei preceptū facere et ei aſſenſum p̄buit
et tunc de iſto fonte mortē bibit. et poſt eū quaſi infiniti homines
mortui ſunt donec criſtus veniret et nos liberaret De iſto fonte ad
huc deſcendūt riuuli in nobis quia racione illiꝰ peccati ſemper ha
bemus promptitudinē ad peccandū. Juxta illud geñ. iij. Senſus et
cogitaciones hominis prona ſunt ad peccandū ab adoleſcencia.
Refert agillus de amore ꝙ cū ditiſſimꝰ eſſet et trāſire vellet
de vno regno in aliud cōduxit naueſqꝫ naute propter pecuniā
eum occidere volebāt. Sed ipſe ab eis impetrauit vt prius cātare
poſſet ad honorē delphinis qui in cantu hominis delectatur. Cum
vero in mare piectus eſſet delphin eū ſuſcepit et in terrā deportauit
et dum naute eū mortuū crederent ipſe in terra apud regē eos accu
ſauit qui coram rege poſiti victi ſunt et dampnati.
Kariſſimi ſic modo eſt. Si eſt aliquis diues diuicijs virtutum
qui huius ſeculi mare pacienter proponit ad deū tranſire ve
nient filij dyaboli et ab eo famā et bona temporalia tollūt et alijs
moleſtijs vexāt. Sed certe ipſe iter hec canere debet deuotis oracio
nibꝰ a deo auxiliū petendo et ſic portatᷣ in terra de qua p̄s. Porcio
mea dn̄e ſit in terra viuenciū et inimici tradentᷣ penis eternis.
Valerius narrat ꝙ quidā nobilis conſiliū ſapientis queſiuit
quō poſſet nomen ſuū dilatare reſpondit ꝙ ſi virū illuſtrem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

occideret. Quo audito philippū patrem alexandri magni interfecit
vt nomē ſibi acqreret. Sed ille cito poſt miſerabili morte extinc⁹ ē

Kariſſimi aliqui nobiles ac mundi potentes per mala opera
ſua acquirūt nomē mendacij ſed ſine dubio per illud nomē
quantū eſt in eis dominū deum occident. Jdeo tales mala morte mo
rientur cum in inferno ſepeliunt̄.

Plinius narrat ꝙ ſit quedam terra in qua nec ros nec pluuia
deſcendit vnde maxima eſt ibi ſiccitas et defectus aque quia
tantū eſt ibi vnus fons qui habet aquā in profundo. Cum vero ho
mines aquā volunt habere accedunt ad fontem cum omni genere
muſicoꝝ quod habent et circueunt fontē. dulcem faciunt melodiam
Poſt melodiā aqua aſcendit ad os fontis et fluit inhabundancia
et ſic homines aquā capiunt et recedunt.

Kariſſimi terra illa ſicca eſt mundus iſte qui hominē ſiccum
reddit ab oracione et deuccione et ſubtrahit rorem celeſtis
gracie. Fons iſte eſt deus eccleſiaſtici. vi. Fons ſapiencie et excelſis
dei. Eamus ergo ad fontē illū cum inſtrumentis muſicis ideſt cum
deuotis oracionib⁹ vt noſtra vox ſit dulcis in aure dilecti dei et ſic
accedet ad nos aqua gracie ſue. Quā ꝛc.

Refert dyoniſius ꝙ cū perill⁹ eris artifex falaridi regi tirāno
crudeli qui agrigēnnos depopulabat̄ et exquiſitis tormētis
implicabat obtuliſſet eius crudelitati nimis aptum quēdam eneum
taurū nouiter per ſe factum in latere latentem habens oſtium per qđ
īmitterent̄ homines morte puniendi vt ſuppoſito igne cremarent̄.
Et cum ipſi propter mortis amaritudinē clamarent in tauro non
crederetur vox eſſe humana ſed feralis vt ſic rex minime ad com-
paſſionē moueretur rex opus laudans ſed inuentorē eius exhorrās
ait. Jn te prius excipies et probabis qđ michi crudeli crudelior ob
tuliſti. Nulla enim equior racio eſt q̄ȝ necis artificis arte perire ſua
vt dicit ouidius.

Kariſſimi iſte artifex eſt malus ſeneſcallus ſub tyranno rege
q̄ agrigētinos idē iuſtos ſimplices ſpoliat et eos p tormēta

multis modis affligit. Homo vero ſimplex affert munera vt perſe
cucionē euadat ſed nichil ei prodeſt. Taurus eneus offert᷑ cū factum
et ſtatutū nouū et lex iniqua ponit᷑ ꝑ quā ſimplices credūt euadere
et tñ per eū ſepe puniunt᷑ et bona amittunt et tales licet crementur
per cordis amaritudinē et clament. non creditur eſſe vox humana
quia clamorem pauperis potentes non libenter audiunt ſed dicunt
Seruus aut ruſticus eſt. omnia ſua ſunt mea. Sed ſepius tales qui
alios affligunt in eadem vel maiori dampnacione puniunt᷑. et male
dies ſuos finiunt. Unde pſalmiſta. Vidi impiū ſuꝑaltatū et eleuatū
ſicut cedros libani. Tranſiui et ecce non erat.

Paulus lombardoꝝ hyſtoriographus refert ꝙ conanus rex
vngarioꝝ obſedit in foro iulij caſtꝝ dictū ſondat. Quē cum
de corpore miro cerneret pulcherrimū roſinilda duxiſſa habēs. iiij.
filios et duas filias ſcripſit ſibi occulte. Si me in vxorem duxeris
caſtrū hoc tibi dabo. Quo ꝓmittente eam ſe velle ducere caſtrū ei
dedit filijꝗ omnes fugerunt. Conanus autem rex duxiſſe ꝓmiſſum
tenens eam primo die in matrimoniū ſibi copulauit. Secunda die
duodecī vngarijs tradidit eam publice illudendā. Tercia die toto
corpore vſqꝫ ad gulā tranſfigi fecit dicens talis vxor que libidine
ſue carnis ciuitatē propriā ꝓdidit. talem debet habere maritū ꝛc.

Kariſſimi iſte conanus eſt dyabolus qui obſedit caſtrū ſcilicꝫ
cor humanū cum vicijs et cōcupiſcencijs. Roſinilda duxiſſa
anima ſcilicet que ē per dyabolū ſeducta reſpicit vltra muros ideſt
appetit illicita ſicut videns mulierem ad eam concupiſcendā. Et ſic
de ceteris ſenſibus. Unde miſer homo tantū delectat᷑ ꝙ caſtrū ideſt
cor ſuum reddit quando peccato conſentit. Unde quatuor filij ideſt
quatuor virtutes cardinales ab eo fugiunt. Et ſic diabolus animā
occupat cū duabꝰ filiabus ideſt delectacione mala et voluntate iniq̄
Poſtea tradit eā duodecim vngarijs ideſt ōnibus vicijs illudendā.
poſt hec eam occidit qñ ad infernū eam ducit.

Refert valerius ꝙ elongus conſul edidit pro lege ꝙ ſi quis
virginem defloraret vtrūqꝫ oculū amitteret. Accidit ꝙ filiꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

eius filiã vnicã cuiuſdã vidue defloraiuit. Mater hec audiens impe
ratori occurens ait. O dñe legem quã feciſti implere faciatis. Ecce
vnicus filius veſter vnicã filiã meã rapuit et vi oppreſſit. Rex hoc
audiens cõmota ſunt omnia viſcera eius et precepit vt duo oculi
filij ſui eruerent᷑. Dixerũt ſatrape domino. Tantũ vnicũ filiũ habes
qui eſt heres tuus. Toto imperio eſſet dampnũ ſi filius tuꝰ oculos
amittat. At ille. Nõne vobis conſtat ꝙ ego legẽ edidi? Obprobriũ
eſſet michi frãgere legem quã ſemel firmiter ſtatui. Sed quia filiꝰ
meus eſt primus qui contra legẽ fecit. primus erit qui penitencie
ſubiacebit. Sapientes dixerunt. Domine propter deũ rogamꝰ vos
vt filio veſtro parcatis. Ille vero precibꝰ deuictis ait. Kariſſimi ex
quo ita eſt. audite me. Oculi mei ſunt oculi filij mei et econuerſo.
Dextrũ oculũ meũ eruatis et ſiniſtrũ oculũ filij mei. tũc lex ẽ ĩpleta
et ſic factũ eſt. Vnde omnes prudenciã regis et iuſticiã laudabant.

Kariſſimi iſte imꝑator eſt dominus noſter iheſus criſtus qui
iſtam legẽ edidit qđ ſi quis defloraret virginẽ ideſt animam
per baptiſmum lotam duobus oculis carere deberet ſcilicet viſionẽ
diuinam et gloriam eternam amittet. Iſte filius regis q̇ legẽ fregit
eſt homo qui ꝑ peccatũ animã defloraiuit. Vnde neceſſe eſt vt penã
ſuſtineat q̇a mater eccleſia ad deũ clamat cotidie vt homo ſe emẽdet
in hoc mortali corpore. yſaias. Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta
vocem tuam. Imperator vnum oculum amiſit ſcilicet dominꝰ noſter
iheſus criſtus vt tantũ vnum oculum retineret quando vitam pro
nobis expoſuit. Et ideo oportet nos eruere oculum ſiniſtrum hoc eſt
omnes concupiſcencias ideſt carnis delicias per penitenciã delere. et
ſic per cõſequẽs vitam eternam obtinebimus.

Refert ioſephus ꝙ tiberius ceſar requiſitus cur ꝓuinciarũ pſi
des diu teneret in officijs reſpõdit per exemplũ. Vidi inquit
quãdoq3 hominẽ ĩfirmũ vlceribus plenũ muſcis grauatũ. Cui cũ ꝑ
flagella muſcas expellerẽ dixit michi. Dupliciter me crucias vñ me
cõſolari putas abigẽdo muſcas ſanguine meo plenas et remittẽdo
vacuas et famelicas. Quis ei dubitet aculeũ muſce famelice duplicẽ

affligere magis ꝙ plene niſi ille q̄ cor lapideū habet et non carneū
Sic ego preſides diu in officio teneo q̇ rebꝰ ditati ſubditis magis
parcant. Noui autem et vacui deſerta iuſticia ſubditos iniquis ex
actionibus et vexacionibus magis ledunt.

REfert valerius ꝙ fabius redemerat captiuos romanoꝝ pro
miſſa pecunia. Quā cū ſenatus dare nollet ipſe fundū vnicū
habens vendidit et promiſſum premiū ſoluit volens ſe pocius pa-
trimonio priuare ꝙ propria fide inopem eſſe.

KAriſſimi fabius iſte eſt dominus noſter iheſus criſtus qui ob
captiuos ſcʒ totū genꝰ humanū a dyabulo captū nō pecuniā
ſed propriū ſanguinē dedit in preciū volens ſe pocius patrimonio
ſcilicet vita propria priuare ꝙ genus humanū dimittere.

VAlerius maximus refert ꝙ cum omnes ſyracuſani mortē dyo
niſij optarent regis ſicilie quedam femina ſenectutis vltime
ſola matutinis horis deos orauit vt ſibi rex ſuperſtes fieret in hāc
vitam. Cuius oracionis cauſam dyoniſius admirās ab ea queſiuit.
Que reſpondit. Cum eſſem puella grauē tyrannū habens eo carere
cupiens ſecūdū recepi. quo iterū carere cupiēs terciū recepi. Timēs
ergo deteriorem tibi ſuccedere. ideo pro vita tua omni die rogo.
Dyoniſius hec audiens amplius moleſtiam non fecit.

Moralizacio.

KAriſſimi ĩ veteri teſtamēto deus erat valde auſterus. et nulli
parcebat. Quia oculū pro oculo dentem pro dente ⁊c. Sed mō
per carnē noſtrā quā aſſumpſerat factus ē nobis pius ac propicius
Et ideo cōtinue orare debemus vt nullū aliū dominū habeamus ꝙ
dominū noſtrū iheſum criſtū. Qui nobis preſtare dignet ⁊c.

IMperator fredericus ſecundꝰ vnā portā marmoreā cōſtruxit
miro opere ſuper pontem aque fluentis prope caponam. in
qua imperator ſculptus fuit in maieſtate cū duobus alijs iudicibus
In ſemicirculo capitis dextri iudicis hic verſus ſcriptus fuit. Intrēt
ſecure q̄ querūt viuere puri. In ſemicirculo capitis ſiniſtri iudicis
fuit ſcriptus hic verſus. Inuidus excludi timeat vel carcere trudi.

Jn ſemicirculo capitis imperatoris ſcriptum fuit. Quã miſeros fa-
cias quos variare ſcio. Jn ſemicirculo ſuper portam ſcriptum fuit.
Ceſaris imperio regni cuſtodia fio.

Kariſſimi imperator iſte eſt dn̄s noſter ihesus criſtus. Porta
marmorea eſt ſancta eccleſia per quã portã oportet intrare
regnũ celeſte. Et eſt ſituata ſuper pontũ aque fluentis. ideſt ſuper
mundũ qui ſemper currit vt aqua ī qua porta ſculpta ē ymago dn̄i
noſtri ihesu criſti cũ duobꝰ collateralibꝰ ideſt cũ maria matre ihesu
et iohãne euãgeliſta q̃ deſignant nobis eiꝰ miſericordiã et iuſticiã
Tunc ſcriptus eſt verſus. Intrẽt ſecuri ideſt pagani iudei ſarraceni
ꝑ baptiſmũ et poterũt viuere puri ab oī peccato purgati ſicut pueri
īnocẽtes. Alius verſus dicit. Inuidus ideſt peccōr ī peccato exiſtens
excludi timeat ab eccleſia triũphante. Et ſi ſic in carcere infernali
retrudi ſine fine. Jn capite imperatoris erat ſcriptũ ꝙ miſeri ſunt
qui variant a via veritatis. Et alius dicit. Ceſaris imperio ideſt
imperiũ dn̄i noſtri ihesu criſti erit nr̄a cuſtodia et domꝰ ſempit̄na.

Quidam rex nobilis in regno ſuo habuit duos milites. Vnus
erat auarus et alter inuidus. Auarus pulchrã vxorẽ habuit
oculis omniũ gracioſam. Jnuidus vero vxorem valde turpẽ et oibꝰ
odioſam et quandã terram ãnexam militi auaro habuit quam miles
cupidus per omnia habere deſiderabat. Sepius ad eum acceſſit et
multa ei obtulit ſi terrã ſuã ei vendere vellet. Miles vero inuidus
reſpondit ſe non velle vendere hereditatem ſuam pro auro vel ar-
gento. Attamẽ ex inuidia cepit cogitare quomodo pulchritudinẽ
vxoris militi auaro poſſet denigrare et dixit militi auaro. Si deſide-
ras terrã meã habere nichil pro p̄cio deſidero niſi ꝙ vxor tua mecũ
ſit vna nocte. Qui ei ãnuit et vxori dixit. Que repulſam dedit p̄mo
ſed tandẽ per virũ inducta conſenſit. At ille miles inuidus anteq̃
ei cõdormiret cum leproſa cõmiſcuit. Hoc facto ad dominã acceſſit
et eam cognouit quociens voluit. Quo facto eidem intimauit ꝙ
lepram incurreret dicens quomodo inuidiam de hoc habuiſſet ꝙ
vxor ſua tam turpis eſſet et ipſa tam pulchra ideo eã ſic deturpauit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Qđ audiens triſtis facta ē et flens amare marito ſuo ītimauit. Qui
valde triſtis factus dixit vxori ſue. Do tibi conſiliū. Adhuc nullū
ſignū lepre in te apparet et hic prope extra regnū ē magna ciuitas
in qua ē vniuerſitas ad illā ꝑgas et omnibꝰ veniētibꝰ ſis cōmunis
et qui prius ad te acceſſerit infirmitatē recipiet et ab omni lepra
curaberis. Qđ factū eſt. Venit filius imperatoris adamando eam.
fecitqꝫ eā venire ad ſe et eā rogauit vt ei conſentiret que negauit
dicens. Abſit a me vt ego paupcula ſim cōcubina filij imperatoris
At ille magis ac magis eā ꝯpulſauit vt ei cōſentiret. Illa cogitauit
hic filius imꝑatoris ſi leprā incurreret magnū dampnū eſſet. et ei
propoſuit quō incideret in leprā ſi eā cognoſceret. At ille nolens de
ſiſtere eā cognouit et leprā incurrit. Altera die ſenciens ſe liberatā
ad patriā ꝑrexit dicens ei. Si vos cōtingat leprā incurrere ad me
declinate et ego vobis inquātū poſſum de neceſſarijs ꝓuidebo. Poſt
hoc nō diu filius imperatoris leproſus factus ē et tm̄ verecūdabatᷣ
ꝙ nocte nullo ſciēte ad dn̄am iuit vbi manebat. Hoc dn̄a ꝑcipiēs
dixit marito ſuo. Ille ē qui ꝑ me īfectus ē et ego a lepra liberata ſū
Que vidēs eū turpiter infectū fleuit amare camerā ſibi ordinauit
in qua ſolitarius manebat et dn̄a ꝑſonaliter ei miſtrabat et in eodē
loco. vij. ānis manebat. Accidit ꝙ in. vij. āno erat calor ītollerabilꝭ
et leproſus vas magnū cū vino pro refocillacione hēbat et quidā
ſerpens in certo exn̄s vas intrauit et ſe balneauit et in ꝓfundo poſt
locionē iacuit. Leproſus cito a ſompno exꝑgefactꝰ multū ſiciebat et
vas cū vino accipiēs ipſo ignorante ſerpentē ibibit. Poſt hᵒ ſerpēs
oīa interiora eiꝰ cepit rodere tā grauiter ꝙ leproſus gemitꝰ et ſuſpi
ria debat. Dn̄a ei maxime cōpaciebatᷣ et paſſio illa durabat ꝑ tres
dies cōtinue. quarto die vomitū fecit et cū vomitu et veneno inte
riori ſerpentē proiecit. ſtatī dolor ceſſabat de die in diē Paulatim
ſpēs lepre ab eo receſſit. et poſt ſeptē dies caro eiꝰ ab omni lepra ē
curata ſicut caro pueri De quo dn̄a multū eſt gauiſa et veſtimētis
ꝓcioſis ip̄m induebat ac dextrariū optimū ei dedit et ad imꝑiū ꝑrexit
vbi cū honore ē receptꝰ pꝰ mortē pr̄is regnauit et vitā ī pace finiuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

KAriſſimi per iſtos duos milites cupidū et inuidū dyabolū et primū hoīez ſcꝫ adā debemꝰ intelligere. Dyabolꝰ erat inuidꝰ et habuit turpē vxorē ſcꝫ effigiē ꝑ ſupbiā deturpatā. Quia ſplēdida fuit creata et ꝑ pccm̄ facta ē turpis. Miles auarus ſcꝫ adam vxorē pulchrā habuit ſcꝫ animā ad ſimilitudinē dei creatā gen̄. i. Videnſqꝫ dyabolus ꝙ hō erat ſic formatus vt locū eiꝰ ī celo occuparet multū ei inuidebat. et ſtuduit quō eius vxorē ſcꝫ animā deturpare poſſet. Adam vero cupidus qui nō tm̄ erat cōtentꝰ de dei beneficio qđ ſibi dedit ſcꝫ de paradiſo ſed quaſi alter deus eſſe volebat. Videnſqꝫ dyabolus ad euam acceſſit dicens. Si comederitis de ligno vite eritis ſicut dij ſciētes bonū et malū gen̄. i. Dyabolus prius ſe miſcuit cū lepra ſcꝫ iniquitate et ſic ad īnocentē acceſſit et mortalit̄ peccauit qn̄ diuinū preceptū violauit et ſic hō factus eſt leproſus ſpūaliter propter qđ extra regnū paradiſi erat expulſus in vniuerſitatē huiꝰ mundi. Filius imperatoris. ſ. filius dei videns ꝙ hominē quē formauerat ī miſeria cū natura eiꝰ miſcuit ſe qn̄ de celis deſcēdit et carnē noſtrā aſſumpſit in tm̄ ꝙ nos ab omni lepra peccati ꝑ paſſionē ſuā liberauit et ipſe peccata nr̄a tulit in corpe ſuo et factus eſt turpis in paſſione yſaie. xviij. Vidimꝰ eū nō habētē ſpeciē neqꝫ decorē et ſeqt̄ Reputauimꝰ eum quaſi leproſum ꝑcuſſum a deo et humiliatū. Nos vero ſic liberati ꝑ mortē criſti poterimus ad patriā celeſtē ſecure ſi voluerimꝰ ꝑuenire. Sed celeſtis criſtus nos cotidie temptat pulſat ad ianuā cordis noſtri ſicut ipſe teſtat̄ canti. vi. Ego ſto ad oſtiū et pulſo ſi quis apuerit michi cenabo cū eo. Sed diligenter ē aduertendū ꝙ oſtiū cordis debēmꝰ ei aperire ꝑ ſeptē opa mīe et eū cum oī gaudio recipere et in ſpēali camera extra hoīes eum ponere vt nobiſcum ſemꝑ maneat. Et ſicut iſte leproſus ſitiuit. Ita xp̄s ſitiuit in cruce cū dixit. Sicio. Quid ſiciebat? Nō vinū ſed ſalute aīaꝝ nr̄aꝝ Iudei hoc audiētes acetū cū felle mixtū ei dederūt. Ecce ſerpentem venenoſum pro nr̄a ſalute bibit et totū venenū pecī primi parētis piecit et ſic cū dextrario diuinitatis cū hūanitate in die aſcēcionis cū multitudine celos aſcendit.

Et ſic eſt finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 15